at. et hoc propter quatuor rationes Primo quia pro peccato occulto penam publicaꝫ inferens reuelator eſt confeſſionis: aut proditor criminis. Secũdo q̃a quilibet criſtianus habet ius in perceptiõe eucariſtie niſi illud amittat per peccatum mortale. Vnde cũ in facie eccleſie non cõſtat iſtũ amiſiſſe ius ſuũ: nõ debet ei in facie eccleſie denegari. vel daret̃ facultas mali ſacerdotib9 pro libito ſuo punire maxima pena quib9 vellẽt. ¶Tercio ꝓpter incertitudinẽ ſtat9 ſumentis: q2 ſpũs ſcũs vbi vult ſpirat. vñ ſubito poteſt eſſe cõpunctus ⁊ a peccato mũdatus: et ſic diuina aſpiratiõe ad ſacmentũ accedere. ¶Quarto q2 eſſet ſcandalum ſi denegaretur. Si vero eſt peccatũ manifeſtũ: debet ei denegari. ſiue in occulto: ſiue in manifeſto petat. Secundo dico ꝙ ſacerdos dicit̃ quaſi ſacra dicẽs: ideo debꝫ eſſe attẽt9 ⁊ diligẽs: q2 habet dicere miſſam: necnõ ⁊ alias horas canonicas. ¶Et ideo hic prio videbit̃ q̃tum ad miſſam. Primo vtꝝ licet ſacerdoti omnio a celebratõe abſtinere: Dicendũ ſm ſcũꝫ Thomam: ꝙ ut dicit Gre. Cũ creſcũt dona creſcũt et rões donoꝝ. Et ideo cũ ſacerdoti ſit data nobiliſſima poteſtas reus negligẽtie erit niſi illa vtat̃ ad honorẽ dei ⁊ ſalutẽ ſuã et alioꝝ viuorũ et mortuoꝝ ſm illud. ii. Petri. iiii. Vnuſq̃ſqꝫ ſicut accepit grãm in alterutꝝ mini ſtret illaꝫ. niſi forte aliq̃s ex familiari inſtictu ſpũs ſancti dimittat ſicut legit̃ de quodaꝫ ſcõ patre in vitis patꝝ: qui ordinat9 nũq̃ poſtea celebrauit. Quidq̃d ſit de aliis actibus ordinuꝫ celebrare tenet̃ homo: vt deo ſacrificiũ reddat: etiã ſi nulli hoĩm teneatur. Sacerdotib9 eniꝫ p̃ceptũ eſt hoc facite in meã cõmemoratõꝫ. Et ideo celebrare tenet̃: ſaltim in p̃cipuis feſtiuitatib9. Secũdo queritur vtꝝ qualibet die teneatur q̇us celebrare vel debeat: aut cõmunicare. Rñ. ſm Tho. ꝙ ad hoc ſacramẽtũ duo reqrũtur ex pte ſumẽtis ſcilꝫ deſideriũ cõiũctionis ad xp̃m qd̃ facit amor ⁊ reuerẽtia ſacmẽti que ad donũ timoris ptinet. ¶Primũ incitat ad frequẽtationeꝫ huius ſacmenti cotidiani: ſed ſecũduꝫ retrahit. Vnde ſi aliq̃s experimentaliter cognoſcit ex cotidiana ſumptõe feruore amoris augeri ⁊ reuerẽtiã nõ minui: talis debꝫ cotidie celebrare vel cõmunicare: Si aũt ſentiret p cotidianã ſũptiõꝫ reuerẽtiam minui ⁊ feruorẽ nõ multũ augeri: talis debꝫ interduꝫ abſtinere: vt cũ maiori reuerẽtia ac deuotiõe poſtmodũ accederet. Vnde quãtum ad hoc vnuſq̃ſqꝫ relinquẽd9 ẽ ꝓprio iudicio Vnde Aug9. dicit: ꝙ vnuſquiſqꝫ faciat qd̃ pie credit eſſe faciendũ: qd̃ ꝓbat p exemplũ zachei ⁊ Centurionis quoꝝ vn9 recepit dñm gaudẽs. Ali9 dixit: Dñe nõ ſum dignus ut intres ſub tectũ meũ: et vterqꝫ miſericordiã cõſecutus eſt. ¶Tercio querit̃: Vtꝝ celebrans nõ dictis matutinis peccet Dicendũ ſm glo. Guillermi. c. xiii. Itẽ non debet ſup vbo ꝓ defũctis. ꝙ ipſe credit ꝙ peccet mortaliter: cum hoc ſit cõtra generalẽ cõſuetudinem approbatã. Cõcordat etiã cuꝫ hoc hoſtienſ v9. debꝫ aũt. Qui aũt celebrat anteq̃ dicat primã nõ peccat mortaliter: niſi ſit cõtra cõſuetudinẽ loci: aut cõtra ſtatutũ ſinodale: aut cõtra ſtatutũ ꝓuinciale.

¶De celebrantib9 ꝓ pecunia

Quarto querit̃: vtrũ aliquis pro pecunia debeat celebrare uel alia officia exeq̃. Reſpõdeo ſcdm̃ Rap. c. xvii. Itẽ nunquid ſi tenet̃ ex officio ad hanc miſſã vel exeq̃as: aut ſimile propter hoc exigere aliq̃d: eſt ſimoniacũ. i. q. iii.

vendētes. Si vero nō tenetur ⁊ de
ſūt ei ſūpt9 pōt licite recipe. i. q. i.
Judices. Nā etiā opas ſuas pōt lo
care ad diem uel annuȝ ex̄. Ne ꝑla
ti uices ſuas. c. ultio. Si aūt ſūpt9
nō deſunt ei et nō tenet̄ ad hoc aut
debȝ celebrare ḡtis: aut ceſſare: uel
uidet̄ facere ex auaricia. Et licȝ for
te nō eēt ſymōia. qa nemo tenet̄ ꝓ
priis ſtipēdiis celebrare. vii. q. ii.
Caritatē. Tamē turpe lucrū eſt: ut
ad min9 habȝ ſpeciē mali. Glo. dicit
hic: ꝙ turpe lucrū eſt ſi fiat ex aua
ritia: Si aūt inde ſūpt9 recipiat nō
eſt turpe lucrū etiā ſi diues ſit: Con
cordat Jnno. ex̄. Ne ꝑlati uices ſu
as in glo. ſup. c. qm̄ enormis: glo.
tñ dicit ꝙ ḡtis debȝ celebrare ⁊ face
re officiū ⁊ qd̄ dat̄ gratis: ḡtis debet
dari. Et ſatis uidet̄ cōcordare ſanct9
Tho. in ſcd̄a. ii. q. articulo. ii.

## De horis dicendis

Secūdo q̄ntū ad horas viden
da ſūt duo. ¶ Primo quedā
queſtiōes mouebunt̄: Secū
do vnū notabile ponet̄. ¶ Quātū ad
primū querit̄ prīo. ¶ Qui ſūt illi q̄
tenent̄ ad horas canōicas: Et pono
hic tres cōcluſiōes. ¶ Pria ē: ꝙ oīs
bñficiat9 tenetur ad horas canōicas
Et rō eſt: q̄a nō dat̄ bñficiū niſi ꝓp
ter officiū. Bñficia eni ſūt ꝓpter of
ficia ſiue ſeruicia. Et ideo recipiēs
ab eccleſia bñficiū: tenet̄ ei ad ſerui
tiū et hoc de iure naturali. Seruici
um aūt eſt dicere officiū illius eccle
ſie ergo ⁊c̄. Jtem q2 ſeculares lay
ci adeo ſedule dediti ſūt ſecularibus
negotiis: ꝙ diuinis offitiis intereſſe
nequeūt. Jdeo ab ipſis dati ſūt red
dit9 miniſtris eccleſie: ut inſeptiuo
officio vices eorū ſuppleāt. Et ideo
ad horas canonicas tenent̄: nō ſolū
ex ſtatuto eccleſie: ſȝ etiā ex obliga
tiōe iuſticie bñficiati. ¶ Secūdā cō
cluſio eſt ꝙ omīs ordinat9 ordinib9
maiorib9: tenet̄ etiā ſi bñficiū nō hȝ
q2 ex quo recipit ordines ⁊ poteſtatē
ſpūalē tenet̄ in ſpeciali deo miniſtra
re hoc aūt facit dicēdo horas: et pec
cat mortaliter omittēdo. Ar. xxxiii.
di. c. ſi. g° ⁊c̄. ¶ Tercia cōcluſio ē
ꝙ oīs religioſ9 tenet̄ etiā: Verūtñ
ad euidētiā iſti9 queſtiōis notandū:
ꝙ religionū triplex eſt differentia:
quedā eniȝ ſūt inſtitute ad opa vite
actiue: ſicut hoſpitalariorū ⁊ tēplari
orū qui modo ſunt deſtructi ⁊ huiuſ
modi. Quedā ſūt ad opa vite contē
platiue ſicut monachi et heremite.
Quedā ad opa vtriuſqȝ ſicut predica
torū ⁊ minoꝝ: q̄ actū ꝑdicādi ⁊ docē
di exercēt ad honorē dei ⁊ ſalutē ꝓxi
moꝝ. Vita aūt ꝯtēplatiua in duob9
cōſiſtit ſpāliter ſcȝ in lcōne ⁊ orōne
Nam in lcōne loquit̄ nobis de9. Jn
orōne vo loqmur cū deo ut dicit Jſi
dor9 in li. de ſūmo bono. Oratio aūt
eſt duplex: vna cōmunis que eſt per
miniſtros eccl'ie in ꝑſona toci9 fide
lis ppl'i ꝓ vtilitate cōmuni fideliū deo
offert̄ ⁊ ad iſtā orōnē ꝑtinēt hore ca
nonice ex eccleſie iſtitutiōe. Altera
eſt ſingl'aris que offert̄ deo a ſingl'a
ri ꝑſona cuiuſcūqȝ ſtat9 ſiue ꝓ ſe ſi
ue ꝓ alio orāte: et ad hāc orōneȝ ꝑti
nēt orōes priuate ⁊ familiares. Re
ligiōes aūt que ſūt inſtitute ad opa
vite cōtēplatiue ſolū uel ad opa vtri
uſqȝ nō ſolū ſūt inſtitute ad orāduȝ
ꝑticulariter ꝓ ſe: ſed etiā orandū ꝓ
vniuerſali fideliū vtilitate. Verūtñ
ut dictū eſt ad hāc orōeȝ ꝑtinēt ſpāli
ter hore caōice. ¶ Dico ꝙ oēs religio
ſi quorū religio ad actus vite cōtem
platiue eſt inſtituta ⁊ per eccleſiaȝ
cōfirmata tenet̄ ad horas canonicas
rōne ſue ꝓfeſſiōis. Si aūt ſint infra
ſacros ordīes cōſtituti tenent̄ dupli
ci iure: vnde religioſus ad ſacros or

dines ꝓmot9 plus peccat omittēdo horas ꝙ nō ꝓmot9. Et ſic patet ſolutio ad queſtionem.

¶ Vtrum per vicariū poſſit dicere horas.

SEcūdo querit̄. Vtrū dicēs ꝑ vicariū ſit liberat9. Rn̄deo q2 talis ſic dicens: aūt eſt bn̄ficiat9 et ordinatus ſimul: aut ſolū eſt bn̄ficiatus et nō ordiat9. Si ē bn̄ficiatus ⁊ ordinatus ſimul: tūc dico ꝙ nō ſolū ꝑ vicariū dicere ſufficit Immo ipſemet debet dicere nec deobligat̄ ꝑ aliū nec quo ad debitū quo tenet̄ eccleſie nec quo tenet̄ deo. Si aūt ſolū bn̄ficiatus cōmuniter dicit̄ ꝙ abſoluit̄ quo ad debitū eccleſie q2 licz recipiēs bn̄ficiū teneat̄ ecclie ad ſeruiciū ut ſupradictū eſt: tn̄ ꝙ ei ꝑ ſe aut ꝑ vicariū ſeruiciū impēdat ſtatuta et cōſuetudīes ſūt. Vnde cōſuetudo in multis hz: ꝙ pōt ponere ſufficiētē vicariū et tūc pricipal' deobligat̄ ⁊ abſoluit̄ a debito quo ecclie tenebat̄. Sz ſi loquimur de debito quo tenet̄ deo rōe bn̄ficii: tūc eſt diuerſ9 mod9 dicēdi. Quidā dicūt ꝙ qa vna obligatōe q̇s deo ⁊ ecclie obligat̄ rōe bn̄ficii: q2 vni ꝓpter alterum: ideo vnica deobligatōe deobligat̄ reſpectu vtriuſqz. Sed alii rōnabili9 dicūt ꝙ deobligat̄ ⁊ abſoluit̄ reſpcū ecclie: ſz nō reſpectu dei. et ſi dicas ꝙ nō: q2 rōne vnius beneficii nō tenet̄ homo ad duplex ſeruiciū. Dico ꝙ verū eſt niſi ex cōditōe ſcilz ſi nō vult facere reſidentiam ꝑſonalem.

¶ De prebendato in duabus eccleſiis

TErcio querit̄ vtrū ꝑ̄bendat9 in duabus eccleſiis debeat dicere officiū vtriuſqz. Dicēdū ſcōm Tho. in quadā queſtiōe de quolibz: ꝙ ſuppoſito ꝙ licite ſit ꝑ̄bendat9 in duabus eccleſiis ſcilz ex diſpēſatōe cōſiderandū eſt ꝙ ille qui in aliqua ecclia prebēdam accipit duobus obligat̄. ſ. deo ut ei debitas laudes exoluat ꝓ ei9 bn̄ficiis ⁊ ecclie de qua accipit ſūptus: Ea vō que ad ecclīā ꝑtinēt: ſubiacēt diſpēſatōi ꝑ̄latorū ecclie: et ideo hoc debituz qō debet ecclie debet ſoluere ſcōm ꝙ ſtatutū eſt ſiue ꝑ ſeipſum ſi ſit ꝑ̄bēda que reſidētiā reqrat: vel ꝑ vicariū ſi hoc ſufficiat ſcōm eccleſie ſtatutū aut cōſuetudinē. Sed debitū qō dz deo ꝑ ſeipm̄ debz ſoluere: nō refert aūt ꝙ̄tuz ad deū q̇b9 pſalmis vel hymnis deū laudet: puta ut dicat in veſpis: dixit dn̄s dn̄o: vel laudate pueri. niſi ꝙ̄tū ad hoc ꝙ homo debet ſequi maiorū traditōes: ⁊ q2 dz laudes deo cātare ꝙ vn9 homo ſufficit ꝙ ſemel officiū dicat ſcōm cōſuetudinez aliquarū eccliarū quarū eſt clericus Sed de electōe officii rōabiliter videt̄ ꝙ dz dicere officiū illi9 ecclie in qua maiorē ḡdū hz puta ꝙ ſi ī vna ecclia ſit decan9 et in alia ſit ſimplex canonic9: dz dicere officiū dignioris eccleſie ꝙ̄uis forte in maiori eccleſia opulētiorē habeat ꝑ̄bendā: q2 tēpalia nulli9 momēti ſūt ſpūalib9 cōpata. ¶ Si vō ambe eccleſie ſint equalis dignitatis pōt ſibi eligere quodcūqz officiuz magis voluerit ſi ſit abſēs ab vtraqz ecclia. Si aūt fuerit in aliqua ecclia preſens debet ſe cōformari illis cum q̇bus cōuerſat̄. Et ex hac queſtiōe ſatis pōt habere ſolutōez ꝑ̄cedentem.

¶ De monacho

QVarto querit̄ vtrū monach9 prefectus alicui ecclie debeat dicere officiuz abbatie vel eccleſie. Dicendū ſcōm hoſtieñ. li. iii. R. vi. dū ſtatu monachorum. c. ii.

Utrū ꝓpter ṓ. ſed nūquid talis in fi
ne: ꝙ nō reget eccleſiam ſm̄ offitiuꝫ
monachoꝝ: ſed ſeruabit officiū eccľie
ad quā trāſit. xii. di. de illa ꝛ. c. vn⁹
quiſqꝫ.

### ¶ Si quis poſſet dicere matutinas de ſero.

Quinto queritur: Utrū quis
poſſet dicere matutinas ſero
precedenti: vľ in aliis horis
tēpus anticipare. Dicendū ſm̄ Tho.
in quodlibetis ꝙ ſic: cōſiderāda tñ ē
intēcio eius qui ꝑuenit tēpus in ma
tutinis dicēdis: vel in aliis horis ca
nonicis q̇buſcūqꝫ. Si enim hoc facit
ꝓpter laſciuiā: ut ſcilꝫ ſompnolētie
et voluptati vaccet quieſci⁹: non eſt
abſqꝫ peccato. Si v̇o hoc facit ꝓpter
neceſſitatē licitā ꝛ honeſtā occupatōꝫ
puta ſi clericus aut magiſter debeat
uidere lectiōes ſuas de nocte: uel prop
ter aliq̄ō huiuſmōi: licite pōt dicere
matutinas de ſero ꝛ in aliis horis ca
nonicis tēpus ꝑuenire: ſicut etiā de
conſuetudine fit in quibuſdaꝫ eccleſi
is: q² melius eſt deo vtrūqꝫ reddere
laudes ſcꝫ et alia honeſta officia ꝙ̄ ꝑ
vnū aliud impediatur.

### ¶ De infirmis preſbiteris pauperibus et cecis.

Sexto queritur: Quid de in
firmo ceco et paupe. Dicēdū
de infirmis: ꝙ q² neceſſitas
nō habꝫ legē: nec eccľia onus impor
tabile imponit. ꝙ infirmi etiā impo
tētes ꝑcipue graui infirmitate excu
ſantur: bonū eſt tñ ſi vnus alius ſa
nus ipis audiētib⁹ officiū dicat. Jdē
dicēdū eſt de ceco: qui ꝓpter defectuꝫ
viſus legere nō pōt ꝛ de paupe qui li
bris caret nec habere pōt: recōpenſa
re tamē debent iſti pſalmos equales
ſi ſciant uel orationem dominicam:
uel aliq̄ō diuinū ad cōplemētū officii
q̄ō omittūt: q² nō refert ꝙ̄tū ad deū
quibus pſalmis ꝛ hymnis uel orōib⁹
ipm̄ laudme⁹ niſi ſolū ex traditione
maioꝝ et ſtatuto eccleſie: q̄ō cec⁹ vel
paup ſuare nō pōt: et ideo ſufficit ꝑ
alia que ſciunt ꝛ pn̄t ſuppleri.

### ¶ De omiſſione horarum.

Septimo queritur: Quid ſi
et ſi aliq̇d omittat̄ de horis.
Dicēdū ꝙ ſi quis diuinū offi
ciū dicēdo cū aliis nō oīa v̇ba dicat:
ſed quedā ipm̄ euadūt nō oportet re
ſumēdo a capite diſturbare officiū di
uinū: ſed cōtentus pōt eſſe ſi ab alio
dictū audiuit: q² talē modū alternā
di cantādi uel dicēdi eccleſia inſtitu
it que de hoc officio ꝑcepit. Jnſuper
ſi quis officiādo in choro cū aliis ex
neceſſitate aliqua intermiſit pſalmū
aliquē uel lectiōeꝫ uel aliud ſimile ꝛ
nō pōt omiſſū ſupplere niſi uocē ſuā
ſubtrahat ab adiutorio chori melius
eſt tantillū trāſire ꝙ̄ diuinū officiū
dimittere uľ diminuere: quia eccľia
determinatū numeꝝ pſalmoꝝ lectio
nū ꝛ ſimiliū nō ꝑcipit: ſꝫ in hiis eſt
varia cōſuetudo. Tamē qui tenetur
ad horas canōicas: ſi ex induſtria ali
quid dimittat ſine neceſſitate infir
mitatis: vľ alicui⁹ taliū: nec aliquid
in recōpenſatiōꝫ facit nec facere pro
ponit: peccat mortaliter: iniuriā fa
ciēs ꝓxio: cui ꝑ tēpalib⁹ nō refūdit
ſpūalia ꝑſerti cū hoc ex ꝑcepto eccľie
facere teneat̄: ꝛ ꝙ̄to pl⁹ ſic dimittit
tāto grauī⁹ peccat. Dixi aūt ſi ex in
duſtria aliquid dimittat: ſi aliq̇d ex
obliuiōe omittat nō peccat mortalr
excuſante eū ignorātia: ſed etiā ſi ig
norātia illa cauſat̄ ex illicita occupa
tiōe credo nullū eſſe peccatū: tñ qñ
reducit ad memoriā hāc negligētiaꝫ

ad memoriam dꝫ ſupplere omiſſum
vł dicēdo ꝙ omiſit illud uel equiua
lēs. ꝙ ſm aliquos melius iudicat̃:
tñ credo ꝙ melius eſt ſupplere illō
idē omiſſū: quia q̃to ꝓpinquiꝰ acce
dit homo ad reſtitutiōꝫ eius qō dep
ditū eſt: tanto melius eſt.

¶ De attentione ad horas

Octauo querit̃: Vtꝝ non at
tendētes ad horas peccent
mortaliter. Dicēdū ꝙ hic
eſſent plura vidēda. ſed ꝓ nūc breui
ter trāſeūdo. Notādū ꝙ licet dicēs
verba et nō attendēs ex ſua deſidia
peccet ꝑ negligētiā: nō tñ mortalr̃
peccat: quia iſte modꝰ orādi: ex pre
cepto eccłie ſolū inſtitutꝰ eſt. Pre
cepta aūt iuris poſitiui: nō referūt̃
niſi ad ea que ſub iudicio humāo ca
dere pñt: et hii ſunt actꝰ exteriores
nō iteriores ꝛ ſic pꝫ q̃tū michi vide
tur.

¶ Quomodo hore incipiunt.

Quātū ad ſecūdū notādū cir
ca horas: ꝙ hore tribꝰ mōis
īcipiūt. Nā alique incipiūt
Dñe labia mea. Aliq̄: Deꝰ in adiu
toriū Aliq̄: Couerte nos deꝰ. Rati
o aūt triplex pōt aſſignari. Vna ē:
qr hore ſic diuerſimode incepte: faci
unt ſolēpnitatē vniꝰ diei: Et ſigni
ficat iſte triplex modꝰ incipiēdi: tri
nitatē pſonarū in vna eſſentia: vt
Dñe labia mea: refert̃ ad patrē. Deꝰ
in adiutoriū: ad filiū. Couerte nos
deus: ad ſpūm ſcūm: cuiꝰ clemētia
cōuertimur ad bonū. Alia ratio pōt
eſſe: qr tripłr peccamꝰ. Ore: Opere
ꝛ corde. Cōtra peccatū oris dicimꝰ
Dñe labia mea. Cōtra peccatū opis
dicimꝰ. Deus in adiutoriū: qr operi
bus: dei auxilio indigemꝰ: Vñ Jo.
.xv. Sine me nichil poteſtis facere

Cōtra peccatū cordis dicimꝰ. Couer
te nos deus: qr peccatū in corde eſt
et hꝫ radicē et in aduerſione cordis
cōſiſtit: ideo debemꝰ dicere ꝛ ſatiſfa
cere ꝑ humilitatē: qr cor cōtritū ꝛ
humiliatū. et Johel. Couertimini
ad me in toto corde vrō. Alia eſt rō
qr tribꝰ indigemꝰ a deo. ſ. directiōꝫ
ſuſtētatiōꝫ et eleuationem.

¶ De tercia interpretati
one ſacerdotis.

Tercio dico: ꝙ ſacerdos dicit̃
quaſi ſacra docēs. Ideo bñ
debꝫ eſſe doctꝰ ꝛ ſciēs: ideo
Jhero. ait. ꝙ ſacerdotis officiū eſt
interrogatū reſpōdere de lege. Jux̃
hoc querit̃: vtꝝ docēs aut pdicās in
peccato mortali peccet mortaliter.
R. ꝙ peccatū aut eſt publicū aut oc
cultū. Si eſt publicū: nō eſt dubiū
quin peccat: ꝛ pōt ſibi dici. medice:
cura te ipm̄. talis enim ſcādaliſat:
Et ve homini ꝑ quē ſcādalū venit.
vñ talibꝰ dr̃ in ps. Quare tu enar
ras iuſticias meas: et aſſumis teſta
mentū meū ꝑ os tuū. Tu vo odiſti
diſciplinā: ꝛ ꝓieciſti ſermōes meos
retrorſū. Si aūt eſt occultū: tūc aut
incūbit ſibi ex officio predicare: aut
nō. ſꝫ ſi nō incūbit ſibi: ꝛ alius pōt
facere: ſi facit peccat mortalr̃. qr po
nit ſe in loco boni ꝛ ſancti viri: qua
lis ipſe nō eſt. Si aūt incūbit ſibi:
aut hꝫ aliū ꝑ quē pōt ita bñ facere:
et tūc nō debꝫ ꝑ ſe ipm̄: aut nō hꝫ:
et tūc dꝫ pdicare: qr tenet̃ ex officio
Vñ Criſoſtomꝰ ſup Math. Abſit:
ut duplici bono careā: ut nec bonū
faciā: nec bonū dicā. Nichilominus
dico: ꝙ peccat. ſꝫ plꝰ peccaret omit
tēdo offm̄ ſuū. Et ſi dicat̃ ꝙ talis ē
ꝑplexus. qr tenēdo vtrūqꝫ viciū pec
cat. Dico ꝙ nō ē ꝑplexꝰ. qr pōt cōte
ri ꝛ pēitere ꝛ tc̄ ſiñ pcc̄o pōt pdicare

De quarta cōditōe ſacerdotis

Quarta conditio eſt Intendens: qꝛ quãuis eſſet homo maſculꝰ ſacerdos: ⁊ ꝓferret uerba: niſi haberet intẽtõez faciẽdi ꝙ facit: eccl'ia nichil eſſet. Unde in collatõe ſacramẽtorũ: intẽtio requiriẽ. Ratio eſt: qꝛ ad actiõez que ꝓcedit ex libero arbitrio: reqriẽ intẽtio agẽtis. ſed adminiſtratio ſacramentoꝝ: eſt actio procedẽs ex libero arbitrio miniſtri. gͦ ad eũ requiriẽ intẽtio miniſtri. Qualis aũt debeat eſſe intẽtio illa. Dicẽdũ ꝙ duplex eſt intẽtio. ſ. actualis ⁊ habitual'. Si aũt loquamur de intẽtione actuali: qua homo aliqd facere intẽdit actu: vtꝝ talis reqrat̃ ꝙ cõtinuet ſemp. Dico ꝙ nõ: ſz ſufficit habere talẽ in principio. Et hoc oportz: ꝙ poſtea totũ pficiat̃ ex vi illiꝰ pme intẽtõis quã bz in pricipio tãꝙ ex radice: vix eni poſſibile eſt: qnĩn in ope ꝙtumcũqz modico: interrũpat̃ intẽtio. ideo intẽtio actualis nõ requiriẽ ſemp: ſed ſufficit in principio actus. Si autẽ loquamur de intẽtiõe habituali: id eſt: ꝙ cõtraria uel oppoſita intẽtio nõ interueniat. Dico ꝙ talis requiritur continue per totum.

De quinta cõditõe ſacerdotis

Quinta cõditio eſt Loquẽs: qꝛ mutꝰ nõ põt. Ratio eſt qꝛ nullũ ſacramẽtũ põt eſſe ſine forma: in hoc eni ſacmẽto ſunt forẽ vboꝝ ꝓlate a xp̄o. et ideo de neceſſitate oportet ꝙ loquat̃ ⁊ ꝓferat vba: al's quãcũqz haberz caracterẽ ⁊ intẽtõz: niſi vba ꝓferent̃ nichil eẽt Unde ſicut ſine pane et vino: que ſũt materia huiꝰ ſacmẽti: nõ põt pfici ſacr'm iſtud: ſic nec ſine verbis ꝓlatis que ſũt forã huiꝰ ſacramẽti

De ſexta cõditione ſacerdotis.

Sexta cõditio eſt que ſequit̃ ex pmiſſis. ſ. habẽs ratiõem qꝛ ſi eſſet amens: aut freneticus aut demoniacus: nichilõmus haberet materiã et ꝓferret vba: qꝛ nõ vteret̃ rõne: nec haberet intẽtõz faciendi quod facit eccleſia quod ibi eſt neceſſarium nichil eſſet.

De conditionibus que impediunt ex pcepto eccleſie

Sunt autẽ alie conditiones quiqz: que impediũt ſolum ex precepto eccleſie: nõ ſimpliciter: quia nõ obſtãtibꝰ iſtis: adhuc poſſet ꝓfici ſacr'm: licet nõ rite et cõueniẽter: quarũ prima eſt ieiuniũ. Sacerdos eni celebrãs debz eſſe ieiunꝰ: ⁊ hoc inſtituit eccl'ia: ꝓpter reuerẽtiã ſacramẽti: ut dicit Augꝰ. de cõ. di. ii. c. Placuit ſpũi ſcõ: ⁊. c. ſacr'm. Iuxta hoc querunt̃ multa. Primo vtꝝ a ieiunis tm̃ ſumi debeat. Dicendũ ꝙ ſic generaliter: cauſaliter autẽ ꝓpter neceſſitatẽ mortis imminente: põt poſt aliquos cibos ſumi. Cauſã aũt quare dz ſumi a ieiunis: eſt vna ex pte cibi. ſ. eiꝰ reuerẽtia: ut ante alios cibos in os xp̄iani hic cibꝰ ingrediat̃. Alia eſt ex pte cibati. ſ. digna pparatio. qꝛ ieiuni magis cõſueuerũt eſſe ſobrii ⁊ deuoti. Secũdo a quibꝰ dz eſſe ieiunꝰ. Dicendũ ꝙ duplex eſt ieiuniũ. ſ. nature ⁊ eccl'ie. Ieiuniũ nature: eſt a priuatione vtriuſqz cibi ſiue alimẽti: quo quis ieiunus dicit̃: quouſqz comedat: etiã ſi poſtea pluries comeſturus eſſet in die. Aliud eſt ieiuniũ eccleſie: quo quis ieiunare dicit̃: etiam poſtꝙ ſemel quis comederit in die. De primo gͦ ieiunio intelligit̃ qñ dicit̃: ꝙ debet ſumi a ieiunis et

non de ſcõo. Debet ergo ſumi ante
omnẽ cibũ ut dicit Aug9. de cõ. di.
.ii. Liq̃do. Jtẽ. vii. q. i. Nichil. Et
dicit ſcũs Tho. ꝙ poſt potũ aque uł
ſumptiõꝫ electuarii ſiue medicine:
que cõſiſtit in cibo et in potu: non
licet eucariſtiã ſumere uel celebra
re: qꝛ ſoluũt ieiuniũ nature. ¶ Ter
cio querit̃ quid de ſaliua ⁊ reliquiis
remanẽtib9 inter dentes: ſi impedi
unt celebratiõꝫ. Et dicendũ cũ ſcõ
Tho. ꝙ licꝫ a pceptione eucariſtie
ĩpediat: quidq̃d p modũ cibi ſumit̃
uel pot9. Reliquie tñ remanẽtes in
ore: ſi caſualiter trãſglutiant̃: non
impediũt ſumptiõem hui9 ſacri· qꝛ
nõ trahunt̃ p modũ cibi: ſꝫ p modũ
ſaliue: nec deglutio ſaliue: non ſu
mit̃ p modũ cibi aut pot9. eadẽ etiã
rõ eſt. de reliquiis aque uł uini q̃b9
os abluit̃: dũmodo non trahãtur in
magna q̃titate: ſꝫ pmixtiõe ſaliue
que uitari nõ põt: Et cũ hoc cõcor
dat hoſtienſ li. iii. Rꝫ. xl. de. cõ. c.
. vii. ỽ. ſi quis ſacerdos. ¶ Quarto
querit̃: utꝝ qui poſt mediã noctem
comederit: uel p totã noctẽ nõ dor
miuit: poſſit celebrare de mane uel
cõmunicare. Dicendũ ꝙ licet pnci
piũ diei ſm diuerſos diuerſimode
ſumatur ab eccłia: tñ dies a media
nocte incipit. Unde ſi quis ſũpſit
aliq̃d poſt mediã noctẽ ad modũ cibi
uł potus nõ põt eadẽ die ſumere h°
ſacramentum: Poteſt uero ſi ante
mediam noctem nec refert utrum
poſt cibum uel potum dormiat: aut
indigeſt9 ſit q̃tũ ad rõneꝫ pcepti.
Refert tñ q̃tum ad pturbatiõꝫ mẽ
tis: quã patiũtur hoĩes ꝓpter inde
geſtiõꝫ. ex quib9 ſi ſumẽs multũ p
turbat̃: reddit̃ inept9 ad pceptiõem
hui9 ſacramẽti. ¶ Quinto uidendũ
quid fiet in illis terris: ubi dies ar
tificiales extẽdunt̃ ultra. xii. horas
uel forte ad mẽſem uel ampli9: uel
etiã nox: qꝛ ſũt aliq̄ terre ubi nõ
appet ſol ad ſeptimanã uł ad mẽſeꝫ
aut plus: uel aliq̃ñ etiam apparet
per menſem uel plus: quomodo ac
cipiet̃ uel mẽſurabitur tẽp9. Dicen
dũ ꝙ in regiõib9 illis diuiſũ eſt tẽ
pus ab incoł: in tẽpus quietis: opis
ſompni: ⁊ uigilie. ideo ſuandũ eſt
ibi tẽpus ſm taxatõꝫ eoꝝ. ¶ Sexto
querit̃ quare nos debẽ9 ſumere ieiu
ni: cũ xp̄us poſt cenã celebrauit: de
hoc inferius uidebit̃: qꝛ tũc melius
hꝫ locũ hec queſtio. ¶ Septimo que
rit̃ utꝝ in aliq° caſu ſacerdos nõ ieiu
n9 poſſit cõmũicare. Et dicẽdũ ꝙ ſic
in duob9. Primo ſi grauiter infir
metur. Secũdo ſi poſt cõſecratõem
repit aquaꝫ in calice poſitã ꝓ uino
neſcienter: q̃uis nõ ſit ieiunus: tñ
ne ſacrm̃ remaneat impfectũ: debꝫ
iterũ ſumere hoſtiã ⁊ uinũ: et cõſe
crare ⁊ ſumere: ut clarius habetur
in fine iſtius tractat9. Et rõ hui9
eſt: qꝛ forti9 eſt pceptũ dei qui uult
ꝙ in utroqꝫ. ſ. pane et uino fiet cõ
ſecratio de cõ. di. ii. ꝙ pceptũ eccle
ſie de ieiuno. ¶ Octauo querit̃: utrũ
poſt ſũptiõeꝫ eucariſtie liceat cõme
dere immediate. Dicendũ eſt ꝙ p9
ſumptõeꝫ eucariſtie: cõuenit quidẽ
aliquãdiu a cibo abſtinere: ſed non
oportet multũ diu: qꝛ cito fit illax
ſpecieꝝ alteratio ⁊ cõſũptio: cũ ſint
debiles et pue: et cum ſtomach9 ſit
uacuus. decretũ aũt q̃d dicit diu ab
ſtinendũ de cõ. di. ii. trib9. loquitur
ſm tẽpa antiqua: uel q̃ñ raro cele
brãtur miſſe. ¶ Secũda eſt mũdus
mente. i. ꝙ ſit ſine peccato morta
li. uñ apoſtol9 ad corin. i. Probet
aũt ſeipm̃ homo et ſic de pane illo
edat ⁊c̃. Jdeo iuxta hoc querit̃ p̄io
Utꝝ accedẽs ad hoc ſacrm̃ cũ pecca
to mortali peccet mortałr. Dicend̃
ꝙ aut hꝫ cõſciẽtiã peccati mortalis
aut nõ. ſi hꝫ: aut inſurgit illa cõſci

entia ex certitudine ſufficienti: ut
q2 ſcit ſe fornicatū fuiſſe: aut ꝓbabi
liter: q2 moroſe delectatꝰ eſt. ⁊ tūc
fuiſſe mortalē conſenſū: aut ex leui
ut homo ſtrupuloſꝰ: qui timet de le
ui delectatiōe ꝙ fuerit mortale pec
catū: in primo caſu peccat: in ſecū
do: diſcrimini ſe exponit. in tercio
vero nō. Si autem nō habet conſci
entiaz peccati mortalis: aut hoc eſt
q2 p̄parauit ſe p̄paratōe ſufficiēti: ⁊
diſcuſſit cōſcientiā diligētiſſime exa
minādo: ⁊ peritos cōſulēdo: inquirē
do inquirēda: diligēter et veraciter
cōfitēdo. In primo caſu nō peccat
ſed remiſſiōez peccatorū etiā ſi qua
latēt accipit ⁊ meritū multuz. In
ſecūdo vero nō peccat quidē: ſed tñ
remiſſiōez peccatorū nō accipit nec
meret̄. In tercio peccat mortal̄r:
et demeretur maxime: ſi negligen
tia ſit magna. Secūdo querit̄ vtrū
peccet qui accedit cōtritꝰ et nō cōfe
ſus. Re. ꝙ talis contritus: qñ vult
cōmunicare: aut habet copiā cōfeſſo
ris: qui eū poteſt abſoluere: et tunc
peccat ſine cōfeſſiōe cōmunicādo. q2
ad ſacramētuz eccleſie requirit̄ etiā
reconſiliatio ſcōm iudiciū eccleſie.
Aut nō habz: ⁊ tūc imminet aliqua
neceſſitas cōmunicādi et celebrādi:
ut q2 timet ſcādalū populi: uel iam
incipit miniſteriū ſacri: aut amiſit
loquelā: et tūc nō peccat cū ꝓpoſito
cōfitēdi qñ poterit. Aut non immi
net neceſſitas. et tūc peccat. Tercio
vtrū tangēs corpꝰ xp̄i cum peccato
peccet. Dicendū: ꝙ ſi tangit cum ti
more ⁊ reuerentia ꝓpter aliquā ne
ceſſitatē: puta: q2 tangit corpus xp̄i
qō cecidit in terram uel huiuſmodi
non peccat: alias ſic: eo ꝙ ſine reue
rētia accedit. vt notat Innocētius
ex̄ de penitē. et remiſſio. in glo. ſr̄
ca°. ꝙ in te. Quarto querit̄: vtrū
peccator videndo corpus xp̄i peccet.
Dicendum ſm Tho. ꝙ ſi peccator
propter humilitatē ⁊ timorē: inter
dū abſtinet a vidēdo: laudādus eſt.
Idē dicit ꝙ infideles ab aſpectu cor
poris xp̄i arcendi ſunt. Albertus tñ
dicit. ꝙ peccator videre pōt et dz ſz
tñ nō mlto aſpectu ꝓpter hūilitatē
ꝑmmo potius viſo corpe xp̄i ꝑcute
re pectus in penitētia: ꝙ nō ſit dig
nus: ut in cōmuniōe et vſu frequē
ti reddat̄ inter ſcōs. ¶ Tercia eſt nō
viciatus. ſ. ꝙ nō dz eſſe corpe vicia
tus: ſed integer in mēbris. Nam
corpe viciati ꝓhibent̄ ꝓmoueri ꝓp
ter difformitatē ex qua timetur pe
riculū inter eos: cuz aliqui poſſunt
ordinari: ⁊ ideo circa hoc facienda
ſunt duo: Primo ponere diffiniti
onē. Secūdo eſt querere multiplicē
queſtionē. Quantū ad primū nota
ꝙ aliqui dicūtur viciati corpe: prop
ter remotionem: et hoc dupliciter.
aut q2 debilitati aut q2 mutilati: a
lii ꝓpter ſupfluitatē: ſicut gibboſi:
alii ꝓpter infectiōem: ſicut leproſi:
alii ꝓpter caſū ⁊ infirmitatē: ſicut
furioſi lunatici. demoniaci ⁊ huiuſ
modi. Hac diſtinctōe p̄miſſa. primo
videbit̄ de corpe viciatis propter re
motiōez: et primo de debilitate. De
bilitati enim dicunt̄: qui habēt mē
brū: ſz eſt inefficax ad op̄andū natu
raliter: ſicut qui hz oculū cecū: ma
nū aridā: crus cōfractū: ⁊ huiuſmōi
quos eccleſia nō admittit. Ex debili
tate tñ claudū admittit cōſuetudo:
niſi ſit tal̄: ꝙ ſine baculo añ altare
ſtare nō poſſit. ar. de cō. di. i. Nullꝰ
et di. xlv. Diſciplina. Cecū autē: uel
habentē in oculo maculā: que gene
ret difformitatē: ſimil̄r non admit
tit ius ul̄ cōſuetudo. ex̄ de cor. vici.
Cū de tua. Idē dico de habente ma
nū aridā. glo. tñ dicit ſup Re. ꝙ cū
abēte maculā in oculo: facilꝰ diſpē
ſatur: et ꝓmouet̄ in religione q̄ꝫ in

ſc͛lo Secū° de mutilatis. nota muti
lati dicunt͛: q̇ carēt aliq° mēbro. De
iſtis g° diſtinguit͛: q₂ aut ſūt muti
lati ſponte: aut inuiti: ut in mem
bro occulto: aut manifeſto: paruo
uel magno: et intelligas magnuꝫ
de decore: ut occulum uel naſum.
aut quantitate: ut manū uel pedē
mutilati g° ſpōte: ſi ſine iuſta cau
ſa uel etiā ex iuſta. uidelꝫ: ex egri
tudine magna: ſed ex indignatōne
puta: ꝓpter impatientiam: uel ſu
ꝑbiam: indiſtincte. ſiue a ſe: ſiue ab
alio: fuerint mutillati: repellunt͛ a
ꝓmotione: et deiciunt͛ iam promo
ti etiam ſi credebant ſe obſequium
p̄ſtare deo: amputando forte ſibi ge
nitalia: ut poſſent uiuere caſte ex͛.
de corp. vi. Significauit nobis. q₂
tales homicide ſui iudicāt͛. di. x. Si
quis abſtraxerit. xxxiii. di. Maritū
Qui v͛o nō ex indignatione. ſed ex
iuſta cauſa. uidelꝫ: ꝓpter ꝑiculum
lepre fecerint ſibi amputari uel ip̄e
met: quia bonus cirurgicus erat:
amputauerit ſibi uirilia: uel aliq̄ͦ
aliud mēbrum putridū: ne reliqua
ſana putrefierent. hii: ſi menbrum
erat occultum uꝉ etiam manifeſtū
ſed paruum. ſ. unus digitus: non
tn̄ ad faciendum crucem neceſſari
us uel ſimile: nō repellūtur nec dei
ciunt͛. Idem etiam ſi taꝉr ſūt nati
Idem ſi inuiti. ſ. a dn̄is uel ab hoſti
bus capti ſic mutilati ſunt. Idem
ſi caſu fortuito: dū dabāt opam rei
licite: adhibita diligētia debita. tale
quid ſibi acciderit: nō repellitur nec
deicit͛. ſec⁹ eſt ſi illicite rei operam
dabāt di. l. Si quis abſciderit: et i
multis locis. Si v͛o ex culpa ſua: in
cidit in modicā deformitatē: ex mi
ſericordia tollerat͛ in ſuſceptis. ſ. ex
diſpēſatōe epiſcopi ſui. de cor. vi. c:
in ſuſceptis: ⁊ hoc dicit Innocen. ꝙ
ad hoc ꝙ ſit irregularis: qui ex in
dignatione ſe ſecat: oportet quod a
miſerit aliquod membrum: licet ꝙ
ſufficiat quātumcūqꝫ uile. xxxiii.
di. maritum. Item etiam ſi non a
miſit membrū totum: ſed partem
ſi tamē eſt talis pars: que deformi
tatem generat: vn̄ ſcandalum ge
neraret͛ ex͛. de cor. vi. c. i. uel etiam
inabilem redderet ad offitium exe
quendum. ex͛. de cor. vi. vnde glo.
dicit ibidē: ꝙ licet indignās ſibi dē
tem extrahat: uꝉ q̄̄tumcūqꝫ graui
ter ſe ſecauerit niſi aptū membruꝫ
amiſit: nō ē irregularis nec corpe
uiciat⁹: dicit͛. de eo v͛o q̇ amputauit
ſibi uirilia: credēs ſe obſequiū p̄ſtare
deo: Bernar. in glo. ex͛ de cor. vi. ꝙ
uis credo: ꝙ pōt epiſcopus diſpenſa
re in aliis a miſſa. Si autem mem
brum erat magnum et maximum
et ſine ſua culpa amiſit. impedit a
ꝓmotione ꝓpter deformitatem et
ſcādalum: et ſi iam ꝓmotus eſt: de
bet ceſſare a miſſa: et aliis ſolemni
bus oficiis: ꝓpter eaſdem cauſas.
A benefitio tamē non remouebit͛:
quia nō debet addi afflictis afflictio
. di. l. Si euangelica. Dabitur ta
men ſibi coadiutor: ſi tale benefici
um eſt ꝙ non poſſit per ſe deſerui
re. ex͛. de clerico egro. c. ii. Secun
do uidebit͛ de corp. vi. ꝓpter infec
tionem utrū ſacerdos leꝓſus debe
at celebrare miſſam. Dicendum ꝙ
populo nō debet celebrare ꝓpter ſcā
dalum. Si autem uelit celebrare
ꝑuatim dummodo non ſit debilis
nec nimis deformis: credit͛ ꝙ non
ſit ꝓhibēdus. Quia ſicut notat hu
go di. xlix. c. leꝓſi cū expellant͛ a co
muni cohabitacione: multo plus a
ſacris ordinibus. Si tamē ſit preſ
biter et fiat leꝓſus: ceſſabit admi
niſtratio quo ad ſanos. ſed aliis leꝓ
ſis poterit miniſtrare diuia: ſed nō
aliis. Tercio querit͛ de illis: qui ꝓp

ter ſupfluitatem repellanť. ſ. de gib
boſis: uł de his: qui habent digitos
coniũctos: uel ſex digitos in manu
quid erit de illis. Dicẽdũ ꝙ propter
talia et ſimilia uicia corporis: niſi
inducant nimiam deformitatem:
uel debilitatem: nõ repellunť ab or
dine nec impedit maxĩe: ſi eſt defor
mitas: que ueſte uł ſotulari: uelari
poſſit uel cooperiri. Quarto de his
q̇ a caſu uel ĩfirmitate ĩcidũt ⁊ que
riť: quid de furioſis: lunaticis: uł de
moniacis. Dicendum. ꝙ nullus
talis debet promoueri: etiam poſtꝙ
ex toto liberat9 fuerit: ſm auté hu
goné ſi ex toto aliquis iſtoꝝ liberat9
fuerit poteſt exequi officium ſuũ:
ſi antea fuit ordinatus etiã ſi fuerit
demoniacus. ſed ſm alios demonia
cus ex toto liberatus: miſſã celebra
re nõ dꝫ. Si aũt huiuſmõi pſone ex
toto liberate nõ ſint diſtinguiť: q2
demoniac9 dꝫ ceſſare a celebratione
miſſe: donec fuerit plene liberatus
.xxxiii. di. c. cõmuniter uſqꝫ adeo.
furioſi vͦo lunatici: epilẽtici: ſiue ca
duci: ſi frequẽter eis acciderint huiꝰ
mõi paſſiões omnĩo debẽt ab officio
miſſe ceſſare. vii. q. ii. in litteris. Si
autem ſine iactatiõe ⁊ vocis cõfuſio
ne et emiſſiõe: nõ ꝓhibẽť ab officio
miſſe: dũ tñ habeãt iuxta ſe aliquẽ
ſacerdoté qui ĩcepta officia ſuppleãt
ſi illi deficiãt ⁊ ad terrã collidãť. vii.
.q. i. Illud. Quãto aũt tẽpe debẽt
ꝓbari huiuſmõi pſone: an ſint ex to
to liberate ⁊ qualiter colligiť ex illo
.c. Cõmuniter: et. vii. q. i. cͦ. vltĩo
põt dici: ꝙ tẽp9 ꝓbatõis arbitrariuꝫ
eſt conſideratis circũſtantiis pſone
dignitatis officii et aliis. ¶ Quinta
cõditio eſt obſuãs tẽp9: ideſt quo ad
tẽp9 determinatũ diei: q2 certis tẽ
porib9 celebrare dꝫ. Ideo nota circa
hoc ꝙ tẽpus nõ ſolũ eſt determiatũ
quo ad miſſas: ſed etiã quo ad alias

horas: Et ideo circa hãc cõdicioneꝫ
tẽpis. Prĩo videbiť de tẽpore miſſe
Secundo videbiť de tempore aliarũ
horarũ. Quantũ ad tempus miſſe
Dicendum: ꝙ comuniter loquendo
miſſa debꝫ dici in die et nõ in nocte
et ratio eſt: q2 ſacramentum hoc ad
tempus ptinet gratie qõ per dié ſig
nificať iuxta illud. Jo. xiii. Nox pre
ceſſit: dies auté appropinquauit. Di
es auté iudicatur non ſolũ ab ortu
ſolis ſed etiam ex quo incipiunt ori
ri ſolis ſignacula et manifeſtari per
aliquam ſolis illuſtrationem. Tñ
in duab9 noctib9 miſſa cantať: prop
ter priuilegium illaꝝ noctium. ſ. in
nocte natiuitatis dñi: ⁊ in nocte re
ſurrectiõis ſic̃ patet in oratione. De
us qui hanc ſacratiſſimam noctem
ꝙuis nõ ſemꝑ oportet hoc obſuari:
ſolempnis aũt obſuatio miſſe: trib9
horis inſtituta eſt fieri. ſ. In tercia
in dieb9 feſtiuis de. cõ. di. i. Nocte.
In ſexta in dieb9 ꝓfeſtis. In nona
dieb9 ieiuniorũ. de. cõ. di. i. ſolet q2
in miſſa recoliť mors xp̃i qui q̇dé ho
ra tercia cruciffixus eſt: linguis iu
deoꝝ. Hora ſexta manibus militum
hora nona exſpirauit. Priuate aũt
miſſe dici pñt a mane uſqꝫ ad terciã
uł nonã. in dieb9 ieiunioꝝ de. cõ. di.
.i. neceſſario é. Sꝫ queriť quid ſi añ
tẽp9 lucis ⁊ diei homo celebrauerit
Dicendũ ꝙ crediť ꝙ qui ante dié ſci
enter celebrat: cum ſit cõtra cõſue
tudiné eccľie generalé: peccat mor
taliter niſi ꝑ epiſcopum uel ſupioré
ſuum diſpenſeť in caſu: ut ſi aliqué
uel aliquos cõtingerit infirmari ad
morté et non poſſet habere eucariſ
tiã: ante dié in tłi caſu põt cõſecrãre.
Quãtũ aũt ad tẽpus aliaꝝ horarũ.
Dicendũ: ꝙ habẽt tempora determi
nata: ut patet ex nominib9 ſuis. et
ſunt ſepté hore: ꝓpter qõ hic vide
buntur tria. Primo vtrum temp9

in horis poſſit anticipari. Scđo qua re ſunt ſeptem hore. Tertio quare magis hore iſte ſũt deputate ꝙ alie. Quãtũ ad primũ. ſ. vtrũ ſi in horis poſſit tempus anticipari: licet ſolu tio iſtius queſtionis poſſit haberi ex queſtione ſupradicta: qua quereba tur vtrum aliquis poſſet dicere ſero precedenti matutinas tñ ad huc vr̃ ꝙ non ex ſignificatione uerboꝝ: q2 in conpletorio dicim9. Te lucis an te terminum. Item inmatutinis nocte ſurgentes et ſic de aliis ergo alio tempore non debent dici. ¶Di cendum breui9 ꝙ non tenetur quis ſingulis horis diei: ſingulas horas dicere. pmo ſacerdoti pmittit̃ ꝙ ma ne dicat omnes horas uſq3 ad ueſpe ras excluſiue: vt patet extra de ce lebracione miſſe. c. Preſ biter. Vn de frequẽter anticipare l3: ex cauſa rationabili: Poſtea ea ſupplere. q2 ante tempus orare: eſt ꝓuidentia In tempore orare eſt hobedientia: Poſt tempus orare eſt negligentia niſi habeat cauſam. Ad argumen tum quando dicit̃ ꝙ ſignificatõ uer boꝝ impꝑtat ꝙ tempore ſuo dicant̃ Dicendum: ꝙ illa uerba referuntur ad ſenſum congruum illi hore: et habent uerificationem ꝓ tempore quo dicunt̃: quamuis non ꝓ tempo re inquo dicunt̃: ⁊ de hoc uiſum eſt ſupi9 clarius. Scđo queritur quare ſunt tot hore deputate: ⁊ in tali nu mero. Et reſpondet̃ ꝙ ꝓpter tria. Primo ꝓpter ſcripturam. ps. dicẽ te. Septies in die laudem dixi tibi Scđo. ꝓpter recognitõnem ſeptifor mis gratie ſancti ſpiritus: per quã educti ſumus de ſeruitute diaboli. Tercio propter ſeptem varietates. Dies eni3 uni9 cuiuſq3 repreſentat etatem: nõ quã om̃is homo habeat ꝟ quam haberet: niſi peccaſſet. Hõ autẽ habet ſeptem etates. ſ. Infan tiam. Pueritiã. Adoleſcẽtiã: Juuẽ tutẽ. Senectutẽ. Seniũ: ⁊ Decrepi tam. Per matutinas et laudes ſig nificã9. infãtiã. Per pmã: Pueriti am. Per tertiã: adoleſcentiã. Per ſextam: Juuentutem. Per nonã: ſenectutem. Per ueſpas ſenium. Per cõpletorium: fine3 vite nr̃e. In hiis omibus etatib9: creatorem noſtrũ laudare debem9. Quod au tem in oĩ tempore homo poſſit lau dare deum. Beatus Nicola9 nobis exẽplum mõſtrauit: qui quartã et ſextam feriam vbera matris ſue ſe mel in die ſugebat. De aliis autẽ ſa tis notum eſt. vñ. ps. benedicã do minũ in omni tẽpore. Tertio queri tur quare magis hee hore ſunt de putate. cum dies naturalis habeat xxiiii. horas: ⁊ dies artificialis. xii. Ita ꝙ ſex horis diei: alie ſex conpre hendunt̃. Sub hora prima: duas cõ prehendimus. ſ. ipſam pmam et ſe cundam. Sub tertia tres. ſ. ipſam terciã3 quartam ⁊ quintã. Sub ſex ta: ſimĩr tres. ſ. ipſa3 ſextam. Sep timã ⁊ octauam. Sub nona duas. ſ. ipſa3 nonam ⁊ decimam. Veſpe repñſentant vndecimam. Completo rium duodecimã. Eſt gº queſtio: quare potius hiis celebramus offici um uel horas. ſ. prima. tercia ⁊ ſex ta ⁊ nõ quarta uel quinta ſeptima uel octaua. Dicendum ꝙ matutĩas dicim9 ꝓpter illud ps media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ꝓp ter hoc etiã inſtituit dici de nocte: et hoc certe ſalubriter: ad domãdũ carnes illecebras: pſallendo 2 orãdo Quia dicit̃ eccleſ. xxxii. ꝙ uigilie honeſtatis tabefaciet carnes. ⁊ lau des eni dicim9: ad temptatiões dia boli repellẽdas. vñ Jſa. xxvi. dr̃ Expgiſcimini ⁊ laudate qui habita tis ĩ puluere. q2 ros lucis uenit ⁊c̃ Alie sũt hore diurne ad orãdum de

putate: quibꝰdam p̃uilegiis inſigni
unt̃. Prima hora xp̃s a iudeis pila
to traditꝰ fuit: ⁊ a morte reſurgẽs
hora prima Marie magdalene appa
ruit: ⁊ prima hora viſꝰ eſt in litore
ſeptẽ diſcipulis piſcantibꝰ: dicens.
Nunquid pulmentariũ habetis: ut
ſcribit̃. Jo. xxii. Tercia hora cruci
fixꝰ eſt linguis iudeoꝝ ⁊ flagellatꝰ
Jtem ſpiritum miſit vt in actibus
clarꝰ habetur. Sexta. xp̃s ꝓ nobis
ligno crucis affixꝰ eſt. et eadem ho
ra in die aſcẽſionis: cum diſcipulis
diſcubuit. Nona hora exclamans e
miſit ſp̃m: et eadẽ hora lanceatꝰ de
latere eiꝰ: duo ſac̃mẽta ſalutis nr̃e
. ſ. aquam babtiſmi: ⁊ ſanguinẽ re
demptionis nobis eduxit. Jn veſpa
de cruce depoſitus eſt. Eadem hora
cum diſcipulis ſuis cenauit ĩ die ce
ne: et ſacr̃m corporis ⁊ ſanguinis
illꝰ tradidit: ⁊ tradendum inſtitu
it. Et eadem hora uiſꝰ eſt ip̃o die
reſurectiõis ⁊ duobꝰ diſcipulis eunti
bꝰ in emaus apparuit: et in fractio
ne panis cognitꝰ fuit. Luce. primo
Jtem in completorio etiam ſepultꝰ
fuit. ideo iſte hore ſunt deputate ad
officium dicendum: potius ꝙ̃ alie
hore noctis nec diei: Et ideo vide ſi
militer hoc in legenda dedicationis
eccleſie. ¶ Quinta conditio eſt: nõ
p̃uatꝰ: ſicut eſt hereticꝰ ſciſmaticꝰ
degradatꝰ: ſuſpenſꝰ: ex comunicatꝰ
De quibꝰ uidendum eſt breuiter:
quid importat̃ per nomẽ ſaltim. ⁊
p̃mo de heretico: Circa qõ notanda
ſunt duo. Primo quot modis dicit̃
hereticus. Dicendum ꝙ ſcd̃m Rai
mũduz in ſuma ſua. l: c. i. de hereti
cis ꝙ quatuor modis ꝗ colligunt̃ de
diuerſis capitl̃is decretoꝝ. Nota p̃
mo hereticꝰ dicit̃ errãs a fide. Secũ
do hereticꝰ dicit̃ ille qui aliter intel
ligit ſcripturam quam ſenſꝰ ſpiritꝰ
ſancti flagitat a quo ſcriptura eſt:

Tercio dicit̃ herticꝰ ꝗ a ſacramẽtis
eccleſie comunione fidelium diuiſus
eſt: ut excomunicatus. Quarto di
cit̃ hereticus pueꝛſor ſacramentoꝝ
ut ſimoniacꝰ qui uẽdit et emit eccle
ſiaſtica ſacramẽta. iſtos etiã quatu
or modos ponit hoſtiẽſis. Sed gan
fredꝰ lib. v. eodẽ. ti. addit duos. veꝝ
tñ qꝛ iſti modi multo largiꝰ accipi
unt̃. Jdcirco de ipſis nõ curo ad p̃
ſens. Secũdo quid facit ꝓprie here
ticum. Rꝫ ſcd̃m ſanctum Thomã. in
ſecunda ſecunde hereſis diuiſio ĩter
pretat̃: qꝛ g° prima adunatio fideli
um fit per fidem. Jdeo diuiſio a cõ
mũi fide ſpecialiter appellat̃ hereſ.
ſꝫ qꝛ nullꝰ denominat̃ a diſpoſitio
ne ſimpliciter. ſed a ꝑfecto habitu:
ideo nõ quicumqꝫ deuiãs a fide: ſꝫ
qui pertinaciter deuiat. hereticus
ẽ et talis hereticꝰ ꝓprie uocat̃. vnde
ad racionẽ heretici duo cõcurrunt:
vnuz eſt error in ratione qui eſt in
itium hereſis. Aliud eſt pertinacia
in uoluntate: que eſt hereſis com
plemẽtũ. Tñ notat ſanctꝰ Tomas
ꝙ licet hereticus ſit ille qui errat
in hiis ad quoꝝ cognicionẽ implici
tam vł explicitam tenet̃ omnis ho
mo: niſi aſſit pertinacia. Tñ errãs
in hiis ad que explicite credẽda nõ
tenet̃: nõ eſt hereticus. vt ſi quis
putaret Jacob patrem Habrae fui
ſſe et huiꝰmodi. et dũ cognoſcit hoc
eſſe cõtra ueritatem ſcripture vel fi
dei catolice. ſtatim credit vt xp̃ianꝰ
Jtem dicit de dubiis: de ꝗbꝰ inter
doctores ſunt opiniones quo uſque
ꝑ eccleſiam ſit determinatum quia
tũc debꝫ addere determinatõi eccl̃ie
Secundo videndum eſt de ſciſmate
circa hoc duo uidebunt̃. Primo ꝗd
eſt ſciſma. ⁊ etiã dicendũ ꝙ ſciſma
eſt illicita diſſẽtio illoꝝ: inter quos
vnitas debet eſſe: uł ſic. ſciſma eſt
illicitꝰ ab unitate fidei receſſꝰ ſeu ab

uniueꝛſitate. Dicit̃ aũt ciſma a ſciſuꝛa .xxviii. q. i. ſciſma. Scõo uidẽdũ eſt in quo diffeꝛunt heꝛeſis et ciſma. et dicẽdum: ꝙ poteſt dici: ꝙ talis eſt differẽtia: ſicut iter diſpoſitionẽ ⁊ habitũ. Pꝛimũ eni͂ dicit̃ ſciſma. ſed cũ ꝑ temp9 ꝑtinaciter adheſit ſecte ſue. aſſerẽs nõ eſſe obediendũ romane eccleſie eſt hereſis ⁊ heretic9: qꝛ peccat i͂ illo aꝛticl̃o: unã ſcãm ecclĩam. vel dicit ꝙ differũt: ſicut gen9 ⁊ ſpecies. qꝛ oĩs heꝛeſ ẽ ſciſma: ⁊ oĩs heretic9 ẽ ſciſmatic9 ſ3 nõ ecõuerſo. Ter° de degᷓdato uidenda ſũt duo. Pꝛimũ ꝙ p̃ſẽte poteſtate ſecl̃ari: ei9 degᷓdatio ẽ celebꝛãda. vt cũ fuerit celebꝛata: dicat̃ ſibi ꝙ i͂ ſuũ foꝛũ recipiat degᷓdatũ. Pro eo tñ debet eccleſia efficaciter iteꝛcedere: vt citra mortis ꝑiculũ ſẽtẽcia moderet̃. ex̃. de. veꝛ. ſigni. c. nõia. Secũdo querit̃ vtrũ qui lib3 degradat9 q̃ cito degꝛadat̃: ſit tradẽd9 cuꝛie ſeculari. dico ꝙ nõ. qꝛ duplici pena cõteri nõ d3. In trib9 tñ caſib9 ſtati tradit̃. Pri9 in crimĩe hereſ ex̃ eodẽ. c. Abolẽdã. niſi in cõtinẽti redire uolueꝛit: ad agẽdã pñiam ꝑpetuã in caꝛcere. Secũd9 caſ9 eſt. in falſario liteꝛe dñi Pape. ex̃. de. cꝛi. fal. Ad falſarioꝝ. Tercі9 caſ9 eſt cũ quis ꝑ calũniã quã intulerit ꝓ͂po epõ depõit̃. xii. q. i. Si quis ſacerdotũ. Quarto de ſuſpenſo circa ꝙ duo uidẽda ſũt. Prĩo quot modis. ⁊ dicẽdum ꝙ aliquis põt eſſe ſuſpẽſ9 dupliciteꝛ. vno° quo ad ſe: alio° quo ad alios: quo ad alios dr̃ ſuſpẽſ9 ꝑ ſentẽciã canonis: vl̃ hominis: ⁊ tenet̃ talis abſtinere ab officio: et illi q̇ ſciũt: tenent̃ ip̃m uitare. ſed quo ad ſe: dicit̃ quis ſuſpẽſ9. qñ̃o tenet̃ ab officio abſtineꝛe: nõ ꝑ ſẽtẽciã canonis vl̃ hoĩs. ſed ꝑ ſimplicẽ ꝓhibitionẽ abſq3 ſẽtẽcia: ſicut quilib3 exiſtẽs in peccato moꝛtl̃i: tenet̃ abſtineꝛe a celebꝛatione. ſi tñ celebret: nõ tenet̃ eũ uitare ſubdit9 ei9: etiã ſi ſciret peccatũ. Itẽ vtꝝ ab epiſcopo ſimoniaco ꝑcipiẽti alicui ꝙ recipiat ordĩes ſi ab eodẽ debeat recipe ſi ſciat ip̃m ſimoniacũ eẽ Dicendũ ꝙ aut eſt ſimoniac9 in oꝛdine ſuſcepto et tunc nullo° tenet̃ obedire nec d3. imo debet ſe ꝑmittere excomunicari. ar. ex̃. de. ſen. ex. Inq̇ſitionis. Poci9 ſi aũt eſt ſimoniac9 ex illa cauſa poteſt recipe ordines dũmo° ſit occultũ. qꝛ nõ eſt ſuſpẽſ9 quo ad alios ſed ſolũ quo ad ſeip̃m. ſi tñ poteſt recipe ab alio nõ ſimoniaco facere d3. De excomunicato aũt. qꝛ lõgũ tractatuz hẽret ⁊ qꝛ magis eſt notũ nichil dico

¶De trib9 que i͂pediũt de cõgruitate

Sunt autẽ tꝛia que i͂pediũt de cõgruitate. ſ. pollutio noctᷓna vl̃ i͂mũdicia coꝛpalis. ſicut eſt hẽre ſãguinẽ vl̃ fluxũ ſeminis: et numer9 miſſaꝝ ⁊ comitat9. i. hẽre ſociũ Sed nota etiã ꝙ iſte tꝛes cauſe aliq̇b9 mõis i͂pediũt ex p̃cepto eccl̃e et aliqñ nõ niſi ex cõgꝛuitate. Et ideo ad ſciendũ magis ueritatẽ agem9 de quolib3 ſingillati. Et p̃mo de numero ⁊ de uicib9. qꝛ de coĩ curſu nõ d3 celebrare niſi ſemel in die. Et nota p̃mo utrũ pluries in die ſit celebrãdũ. Dicẽdũ ꝙ nõ niſi ſemel. nã felix ualde eſt q̇ unã digne celebrat. ex̃. de cele. miſſ. te referẽte. et. c. Cõſuluiſti. de. cõ. di. i. ſufficit. ⁊ hoc eſt veꝝ niſi cauſa neceſitatis: Unde ſex caſ9 videt̃ excipi. Un9 in die natiuitatis dñi in quo poteſt p̃ſbiter. tres miſſas celebrare. In aliis aũt duas in caſib9 ſequẽtib9. unã pro defũctis et aliã de die ſi neceſſe fuerit et hoc ꝓpter neceſſitatẽ defũctoꝝ peꝛegrinãtiũ hoſpitũ cõuiuãtiũ. infiꝛmoꝝ et forte ꝓpteꝛ neceſſitatẽ nuptiaꝝ ubi tp̃s laberet̃. Ita tñ ꝙ nũquã celebꝛet niſi duas miſſas. Probat̃ hoc in p̃dictis. c. ii. in. c. ſufficit quid. Qui ꝓ pecuniis aut adulationib9 vna die p̃ſũpſerit dicere plures miſſas peccat moꝛtal̃r nõ eſtimo euadere illã dãpnatõ3 cõcoꝛ. etiã. hoſti. li. iii. de cele. miſ. c. vii. ⁊ qualr̃ et addit aliũ caſũ. ſ. qñ̃o

ꝓpter raritatē uel paupꝑtatē cleꝛicoꝝ.
due eccłie comēdant͂ vni ſaceꝛdoti: qꝛ
tūc tal̄ pōt dicere duas miſſas in die:
⁊ nō plꝰes. Secūdo de pollutōe et imū
dicia coꝛpali. qꝛ nō dꝫ eſſe pollutꝰ aut
imūdꝰ corpore. iux̄ hoc queruntͤ tria.
Primo utꝝ pollutō nocturna ipediat
a celebratōne miſſe. Dicēdū ꝙ ad hoc
ꝙ digne ad ſacr̄m eucariſtie quiſqꝫ ac
cedat tria req̄runtͤ. Primo mūditia
cōſciētie que nō tollitͤ niſi ꝑ peccatū.
Secūdo eleuatō mētis ad deū: ꝑ actua
lē deuotōnē que ꝑuertitͤ ꝑ ebetudinē
vł occupatōnē. aut euagatōnē mētis
que iterdū etiā ſine peccato amittitͤ.
Tercio mūdicia corporis vñ etiā cele
brātes vł tractātes aliquod ſacr̄m ꝓp
ter mūdiciā et reuerētiaꝫ manꝰ ſuas
lauent: Primo g° ⁊ ꝑncipłr peccatū
impedit. Secūdo indeuotō ſeu ebetu
do mētis. Tercio imūdicia coꝛporalis
et circa hec tria qñoqꝫ cōcurrunt in
aliqua pollutione noctuꝛna: qñqꝫ duo
de hiis: qñqꝫ unū tm̄: et ꝑ hoc homo
magis vł minꝰ ipeditͤ. et ideo diſtiguē
dū eſt de pollutione. nā qñoqꝫ cōtigit
ex illuſione diaboli aliquādo ex ſupflu
itate. aliqño ex debilitate natͤe. aliqñ
ex cogitatōnibus p̄cedētibꝰ. aliqñ ex
crapula. Dibꝰ aūt predictis pollutōibꝰ
coīs eſt imūditia corporalis. ſed mē
tis ebetudo nō eſt. niſi in illis pollu
tōibꝰ: que accidūt cū imaginatōe. qꝛ ī
illis que in imaginatōe accidūt aīa ni
chil facere videtur. Nulla aūt p̄dicta
rū pollutōnū eſt peccatū in ſe: qꝛ in
ſompnis cū ſit ligatꝰ vſꝰ rōis: nemo
peccare poteſt. Aliqño pōt tñ eſſe ſig
nū vł effectꝰ peccati. ideo ſēꝑ recurrē
dū eſt ad cām pollutōis. et tūc vł eſt
ceꝛtū: vł eſt dubiū ꝙ ortū hēat ex pec
cato mortali. et ſi certū ſꝫ tūc dꝫ hō
de nc̄ītte abſtīere a coīone vł nō hꝫ oꝛ
tū ex peccato moꝛtali ⁊ tūc abſtinēdū
eſt nō ex neceſſitate: ſꝫ ex hōeſtate nō
tñ peccaret mortaliter qui celebraꝛet
vł coīcaret: Ubi aūt ex nullo peccato

ortū hꝫ in arbitrio hoīs eſt abſtineꝛe
qꝛ ſi neceſſitas imineꝛet poſſꝫ cōicare
Si aūt nō ſit neceſſittas. et ꝓpter re
ueꝛētiā abſtineat laudādꝰ eſt. Quātū
aūt debeat abſtinere dr̄ quātū a docto
ribꝰ ꝙ. xxiiii. horis qꝛ in tali ſpacō na
tura ꝑ corpalē imūditiā: et mētis ebe
tudinē alterata iteꝝ oꝛdinatͤ. Secūdo
vtrū imūditie corꝑis puta ſicut lepra
fluxꝰ ſeminis: vł ſanguinis: aut mēſ
truā. impediant ſuſceptōnē vł celebꝛa
tōnē eucariſtie. Dicēdū ꝙ cū iſte cibꝰ
nō ſit corporalis ſed mētalis: ideo ma
gis in eiꝰ ſuſceptōne ꝯſiderāda eſt diſ
poſitō mētis q̄ꝫ corporis. et ideo diſti
guēdū eſt de imūdicia corporali tm̄:
qꝛ aut eſt ꝑpetua: vł diutͤna: vł tēpo
ralis: et cito puꝛgabilis. Si eſt ꝑpetua
vł diutͤna tūc ullo° dꝫ abſtineꝛe: ne ꝓp
ter imūditiā coꝛpoꝛis: ꝑdatͤ fructꝰ mē
tis: ut accidit in lepꝛoſis et patiētibꝰ
fluxū ſāguinis vł ſeminis. Si aūt eſt
tēporalis et cito purgabilis: tūc ſi ali
quis eſt in mēte bñ diſpoſitꝰ: nō ꝓhi
betͤ ſumr̄e nec celebrare q̄uis etiā de
beat abſtinere ad tp̄s ob reuerētiā ſa
cramēti. Itē Gregoriꝰ. deꝯ. di. v. ad
ea. Tercio vtrū pollutio que incipit
dormiēdo ⁊ terminatur in uigilia ſit
peccatum. Dicendum ꝙ pollutio quā
tū ad rōeꝫ meriti ⁊ demeriti magis
iudicatͤ ſꝫm ꝑncipiū ꝙ eſt in dormien
do q̄ꝫ ſꝫm finē: q̄ ē in uigilādo ex quo
enī excitatꝰ eſt motꝰ carnis in dormi
endo: nō ſubiacet uolūtati vigilātis.
ulteriꝰ motꝰ ille nec reputatͤ vigilāſ
ſe: quo uſqꝫ ꝑfectū uſuꝫ liberi arbitrii
recuꝑauit. poteſt tñ cōtingere: ꝙ in
ip̄a euigilatōe peccatū oriatͤ ꝙ fit qño
pollutō placet: ꝓpter delectatōnē. et
tūc talis cōplacētia: aut eſt ex ſurrep
tōe diaboli: et tūc eſt peccatū veniale
aut ē delibeꝛata ex ſenſu: ⁊ tūc ē moꝛ
tale. iſta aūt placētia nō facit p̄teritā
pollutōeꝫ peccatū qꝛ nō ē ipiꝰ cā ſꝫ ip̄a
ī ſe peccatū ē. Si aūt placeat ut ē natͤe
alleuiatio et exhoneratio: peccatū nō

credit̄. Jtē ſacerdos uel coīicans dꝫ
eſſe mūd9 ī aliis ptib9 corpis ⁊ locis
.ſ. in facie in capite in māib9 ⁊ in a
liis mēbris ⁊ h° triplici rōne. Pria ē
lrālis: vt .ſ. mūde tractet dn̄m Jhe
ſū xp̄m. Secūdo figural̄: qꝛ in ueteri
teſtamēto ad ſacrificādū accedētes la
uabāt man9. Tercio moral̄ ad deſig
nādū ꝙ ſic̄ exteri9 eſt mūd9 in corpe
ita ⁊ interi9 in mente dꝫ eſſe. Jdeo
Jſai. c. i. Lauamini ⁊ mūdi eſtote q̇
fertis uaſa dn̄i. Tercio oꝫ ꝙ ſit comi
tat9 id ē: ꝙ habeat ſocios ⁊ nō ſol9. ſꝫ
ꝙ habeat adiutorē. ⁊ ideo iux̄ h° que
rit̄. Prio vtrū uno ſolo comite poſſit
aut debeat celebrare. R̄ ° . ſm̄ hoſti.
.li. iii. ru. iiii. de. cō. eccle. vl̄ alta. c.
et quo° ubi dicit. ꝙ ad min9 duo dn̄t
eſſe p̄ſētes qui reſpōdeāt ſacerdoti. de
cō. di. i. hoc quoqꝫ. ſꝫ credo ꝙ unus
ſufficit. ar. ex̄. de v. ſigni. querēti. ſꝫ
etiā hoc hꝫ uſ9 eccleſie: qꝛ cū uno cele
brat frequēter ſacerdos. Secūdo que
rit̄ utrū ſacerdos un9 poſſit dicere v́e
⁊ bn̄ dn̄s vobiſcū qn̄o eſt cū uno ſolo
Et dicēdū certe ꝙ ſic. qꝛ ſic̄ celebrās
rep̄ſētat xp̄m: caput eccleſie. Jta ad
iuuās rep̄ſentat eccl̄iaꝫ et oīa mēbra
xp̄i capitis nr̄i. et ideo qꝛ hec oratio
eſt coīs: vel pōt dicere bene ſibi in
plurali. Dn̄s uobiſcū: nō ſicut q̇dā ide
ota ſacerdos qui uertēs ſe ⁊ nō uidēs
niſi unū adiutorē ī tota eccl̄ia. dixit
dn̄s tibiſcū credens optime dicere.

¶ De multiplicitate veſtimētoꝝ

Expeditis trib9 ꝓpter que hoc
ſacr̄m reddit̄ mirabile et glo
rioſū: uidelꝫ nominū celebri
tate īſtituētiū auctoritate ⁊ miniſtro
rū ſeruiētiū dignitate. Nūc agendū
eſt de quar°. ſ. de ueſtimētoꝝ decētiū
mlt̄iplicitate. Jux̄ qō notandū ꝙ in
ter indumēta: que requirunt̄ in cele
bratiōe. Quedā ſūt nō cōſecta: ſicut
ſotulares. quedā cōſecta ſicut reliqua
Vnde de oīb9 hiis aget̄ in generali ⁊
de quolibꝫ in ſpeciali. Prio g° in ge
nerali nota duo. ꝙ ſm̄ ꝙ dicit. Jo.
Bellet ſacerdos tanꝙ aduocat9 et ar
mat9 pugil: cū hoſte antiquo pugna
tur9 ueſtib9 quaſi armis induit̄ ſāda
lia ul̄ ſotulares ꝓ occreis aſſumēs: ne
aliq̇d macule aut pulueris affectiōis
ſibi ī hereat. Amictū ꝓ galea cōtegit
corp9 totū. Alba ꝓ lorica. cooperit ſe
cinglo ꝓ archu ſub cīgulo ꝓ pharetra
Et dr̄ ſubcingulum: illō cū quo ſtola
ligat̄ ꝙ eſt iunctū cū cīgulo. Cū ſtola
collū circūdat quaſi haſta cōtra hoſtē
vibrat. Manipuluꝫ ꝓ claua. Vtit̄ ca
ſula quaſi clipeo ꝓtegit̄. cū libro in
manu. quaſi gladio armat̄: poſt cōfeſ
ſiōꝫ renūciat diabolo ⁊ pōpis ei9. Se
cūdo nota: ꝙ quatuor ſūt colores pri
cipales q̇b9 ſm̄ ꝓp̄etates dieꝝ ſacras
ueſtes: romana diſtinguit eccl̄ia: ad
quos colores oēs reducūt̄. ſ. alb9 rube9
niger uiridis. Nā ⁊ ī legalib9 īdumē
tis: quatuor colores fuiſſe legunt̄. ſ.
biſſus purpura: iacīt9: croc9. eccleſia
ergo nr̄a albis utit̄ ⁊ uti dꝫ. Albis in
feſtis cōfeſſoꝝ ⁊ uirginuꝫ: ꝓpter eoꝝ
mūdiciā. Jtē in feſto angeloꝝ. Jteꝫ
in natiuitate dn̄i ⁊ uirginis matris
ei9. et Johānis babtiſte. ꝓpter eorū
mūdiciā ⁊ puritatē. Jn epiphāia ꝓp
ter ſtellā: Jn purificatōe beate Ma
rie: ⁊ in dedicatōe eccl̄ie ſēp. qꝛ eccle
ſia uirgo eſt. Rubeis utēdū ē in feſto
pēthecoſtes. qꝛ in ſpēcie ignis appa
ruit ſpūs ſcūs. Jn feſto ſcē crucis. in
feſtis apl̄oꝝ ⁊ martiꝝ: qui ſanguinē
fūderūt. Nigris in officio defūctoꝝ ⁊
in dieb9 abſtinētie ⁊ afflictōnis Viri
dib9 autē in ꝓfeſtis dieb9 ferialib9 et
cōib9. qꝛ color uiridis medi9 ē: ſic̄ ſci
tis inter alios colores. Secūdo ī ſpeci
ali magis deſcēdēdo. Pri° aget̄ de nō
ſacris. ſ. ſotularib9 vl̄ ſādalis. Secū°
de ſacris. Quātū ad p̄mū ſciēdū: ꝙ ſa
cerdos celebrās dꝫ eē calciat9: etiā il
li q̇ ex voto ꝓfeſſiōis hn̄t ire diſcalcia
ti. ſic̄ fr̄es minores ⁊ h° ad rep̄ſētādū
hūanitatē xp̄i: c9 calciamēti corrigiā

militatis: ⁊ tunc debet dici per eū
dem. Aliqn̄o oratio dirigitur ip̄i fi
lio directe ſicut in or̄one. Deus qui
uirginalem aulam: ⁊ tunc debet di
ci. qui viuit et regnat. Sed aliqn̄o
in fine orationis fit mētio de filio
ſicut in or̄one. Reſpice dn̄e queſu
mus ſuper hāc familiā tuā et tunc

q̄ or̄ones debet dici in impari numero

dz dici. Qui tecū uiuit et regnat.
Aliqñ fit mentio de ſpū ſancto. et
tunc ſēper dz dici. In unitate eiuſ
dē ſicut in orōne. Deus q̇ corda fi
deliū. Aliqñ de nullo iſtoꝝ fit mē
tio ut in exorziſmis cathecíſmis:
& in orōnibꝫ aque benedicte. et in
quibꝫdaꝫ officiis ſepulture. et tunc
dz dici. p eūdeꝫ qui uēturꝫ eſt iudi
care. Et q̄uis bñ diceret per domi
nū: tñ dicit̄. Per eūdē qui uēturꝫ
eſt iudicare: Ad terrorē demonuꝫ:
qui de iudicio finali plurimū terret̄
tur. Vñ uerſus de orationibꝫ Per
dñm dicas: dum patrem preſbiter
orās. Cū xp̄m memoras: per eūdē
dicere debes. Terminat̄ aūt orō di
cēdo per oīa ſecula ſeculorū: qō po
teſt intelligi ſic. i. per oīa tēpora:
uel de ſeculo futuro: qꝛ omnia alia
ſecula tranſcendit

## Diuiſio ſcd̄e partis huius opis

Dicto de p̄ma parte que
ptinet ad pplī p̄parratio
nem: que uſqꝫ ad epiſ
tolā durat: ⁊ uocat̄ p̄pa
ratio. Nūc aūt agēdū
de ſecunda que durat uſqꝫ ad offer
torium: et incipit in epiſtola ⁊ uo
catur īſtructio. Unde merito poſt
orationem ſequit̄ lectio uel epiſto
la: in qua inſtruit̄ de diuinis man
datis. Juxta illō. p̄s. Da michi in
tellectū ut diſcaꝫ mādata tua. hec
ergo pars cōtinet mlt̄a. Vñ diui
dit̄ in ſex partes ſcꝫ in miniſteria
lē informationē: de qua in epiſtola
In penitētialē opationem: de qua
in ḡduali. In ſpūalē exultationeꝫ
de qua in all'a. In pricipalē inſtruc
tionē: de qua in euāgelio. In ſalu
tarē cōfeſſionē fidei: de qua in ſim
bolo in euidētē fidei explanationē
de qua ibidē. Rō eni ordinis iſtaꝝ
ſex partiū: qꝛ tractꝫ nō facit ꝓpri
partē diſtinctā: cū etiā aliqñ nul
lꝫ dicatur. rō eſt ſm Inno. qꝛ pri
ma ſcꝫ epiſtola deſignat officiuꝫ p̄
curſoris: qui p̄iuit añ facieꝫ dñi pa
rare uias eius. Et qꝛ ipē p̄dicauit
penitētiā. Vñ dixit penitētiā agi
te ⁊c̄ Mat. iiii. iō ſtati ſeqtur ḡdu
ale. ſed qꝛ poſt penitētiā ſequitur
gaudiū qꝛ ut ipē dicit. Appropiqua
bit regnū celorū: iō ſequitur all'a:
qō eſt cantus gaudii. ⁊ qꝛ poſt doc
trinam Johannis: ſtatim ſecuta
eſt doctrina xp̄i. iō ſequit̄ poſt euā
gelium: qō doctrina xp̄i ſignificat
ſeu deſignat cuius fides ibi cōtine
tur: que poſtea in ſimbolo clari ex
plicatur. Et ſic patet ordo partiuꝫ
predictarum

## De epiſtola

Primo ḡo agamꝫ de miniſ
teriali informatiōe: de qua
agit̄ in epiſtola ſiue lectio
ne. Circa quā hec per ordineꝫ uide
būtur Primo quare ſic uocat̄. Et
dicendum: ꝙ epiſtola dicit̄ ab epi.
qō eſt ſupra. et tolon qō eſt miſſio
quaſi ſupra miſſio ideſt ſupra miſ
ſam et euāgelium. qꝛ epiſtole ſūt
declarationes dictorum in euāgeli
is et lege: que in ipīs cōtinet̄. Ali
qñ etiam apponit̄ lectio: qꝛ exponi
tur ad legēdum et explicat̄. Secun
do quid per eam deſignatur. ⁊ dicē
dū ſm Inno. ꝙ ſignificat doctrinā
⁊ inſtructōꝫ factaꝫ p miniſtros no
ui et ueteris teſtamēti. et qꝛ lex p̄
ceſſit euāgeliū. ⁊ Jo. baptiſta xp̄m
Tercio quare ſic cantat̄: ſcꝫ accen
tu circūflexo uel adequato. Et dicē
dū ꝙ ut mēs fideliuꝫ debet eſſe ele
uata ad deum: et poſt reuerti ad ſe
ipſam. Quarto ubi debet cantari
Et dicendum. ꝙ in medio eccleſie

ad ſignificādū xp̄m in medio docto
toꝝ. vł ꝓpter illō p̄s. in medio eccle
ſie laudabo te. Quinto quare popu
lꝰ ſedit qn̄ epiſtola cātat̄. Dicendū
ꝙ vt cū maiori diligētia in auribꝰ
ſpiritualibus reformentur. qꝛ ſꝫm
Ariſtotilē. Anima ſedēdo et quieſ
cendo fit prudēs. Sexto quare ſacer
dos tunc ſedet. Dicēdum ꝙ ſubdia
conꝰ qui dicit epiſtolam: ſignificat
Iohā. babtiſtā. ſacerdos aūt xp̄m.
p̄dicāte vo Iohāe babtiſta: tacuit
xp̄s. ideo tacet ſacerdos. Septimo
quare in epiſtola aliqn̄ dicit̄ kariſ
ſimi. Aliqn̄ fratres: Aliqn̄o in die
bꝰ illis. Dicēdū ꝙ qn̄o epiſtole ſu
muntur ab epiſtolis Pauli dr̄ fra
tres et ratio eſt: qꝛ illas mittebat
ad illos: quos conuerterat: inter
quos quedā germanitas generabat̄
et fraternitas. idō vocat eos fratres.
Sed qn̄o a cronicis ſumūt̄. Petri
Ioannis vł Iacobi: quas ipi dixe
rant: non ad illos quos cōuerte
rant ſoluꝫ. ſed ad omnes generali
ter. qꝛ ad omnes debemus habere
caritateꝫ. idō in illis epiſtolis dicit̄
cariſſimi. Sed aliqn̄o dr̄ in diebꝰ il
lis ⁊ p̄cipue qn̄ ſumūtur de actibꝰ
apłoꝝ. Sed in euā°. nūꝙ dr̄ in die
bꝰ illis. ſed in illo tēpore. et rō eſt
triplex. Prima eſt: qꝛ frequenter
in textu ponit̄ in diebꝰ illis: vt pꝫ
in actibus apoſtoloꝝ. Secūda qꝛ ſi
cut tēpꝰ continet dieꝫ. ita euange
lium continet epiſtolas: que decla
rent xp̄m. Tercia qꝛ euangeliū eſt
de vno ſcꝫ de xp̄o et de vno tēpore
ſcꝫ de vita xp̄i. ſed epiſtole facte ſūt
de mł̄tis perſonis ad diuerſos: ⁊ in
diuerſis tēporibꝰ. idō dicit̄ in diebꝰ
illis: ut cuilibet poſſit meliꝰ appli
cari. Et nota: ꝙ qn̄o lectiones ſu
mūtur de libris legalibꝰ: tūc ponit̄
titulꝰ libri alicuiꝰ. rō eſt qꝛ in pro
hemio cōtinent̄ que ꝑtinēt ad ſina
gogas: qđ iā deficit in ſacerdotio ⁊
in regno. Iuxta ꝓphetiā danielis
Vn̄ Moiſes nō intitulat̄. qꝛ defe
cit cōtra dn̄m in eductione aque de
petra. nec etiā Salomō in libris ſa
piētialibꝰ, qꝛ deprauatū eſt cor eiꝰ
cum mulieribꝰ: et per mulieres.
Aut etiā qꝛ non oēs ueritates illo
rū plenarie ſciuit. idō a ſapiētia in
creata intitulat̄. Secundo nota: ꝙ
epiſtole accipiūtur ſemꝑ de epiſto
lis Pauli: aut cronicis: aut actibꝰ
apoſtoloꝝ: aut libris Salomonis:
aut ꝓphetis. Nūquā aūt de quiqꝫ
libris Moyſi. rō eſt: qꝛ in illis tm̄
ꝓmittebātur bona temporalia: in
cuiꝰ ſignificatione lectiones termi
nātur in ꝑuem accētū deſcēdentē
In nouo uero teſtamēto ꝓmittū
tur bona ſpūalia et eterna: in cuiꝰ
ſignū euangelia et epiſtole termi
nant̄ in accentu acuto ſiue attēto.
Nono uidēdū eſt: qui ſunt miniſ
tri eius. Dicendum eſt ꝙ duo ſcꝫ
lector qn̄o eſt de ueteri teſtamento
et ſubdiachonus de quacūqꝫ accipi
at̄ ſiue ueteri ſiue nouo. Circa g°.
p̄mū miſteriū ſcꝫ lectiōꝫ querunt̄
tria. Primo quare ſemꝑ legit̄ de
ueteri teſtamēto: et nūꝙ de nouo
regulariter: nec ex officio. Dicēdū
ꝙ ſignificat predicatores ueteris
teſtamēti. Secundo quare non ac
cipit benedictionem qn̄o dꝫ legere
Dicendum ꝙ cauſa eſt: qꝛ illi predi
catores et ꝓphete p̄dicabant ſolo
deo inſpirāte: nō manifeſte mittē
te. idō ſubdiachonus ⁊ lector non re
cipiūt benedictiōꝫ patēter. Tercio
quare aliqn̄ poſt lectiōꝫ lectoris im
mediate ſubſequitur epiſtola: ut in
natali. Dicendum quod ad ſignifi
candum impleteꝫ eſſe prophetiā:
ſicut gloſa imediate ſequitur poſt
textum. hoc enim non fit niſi in
illis feſtiuitatibꝰ: in q̇bꝰ tangūtur

ſpāles ꝓphecie: de illis que iam ſūt cōplete in illis. Circa ſcḋm miniſte riū ſcꝫ ſubdiaconatū querūtur mlꝉ ta. et primo quare legit de vtroqꝫ teſtamēto. Et dicēdū: ꝙ ſignificat Jo. babtiſtā q̇ medius fuit legis ⁊ euangelii. iō aliqñ de ueteri teſta mēto: aliqñ de nouo legit. Secūdo quare ſēp legit verſꝰ faciē ad alta re. Et dicēdū ꝙ ad demōſtrādū: ꝙ Jo. p̄dicando xp̄m: ip̄m digito de mōſtrauit. Dicēs. Ecce agnꝰ dei. iō uertere dꝫ facieꝫ ad altare in le gēdo epiſtolā. Tercio quare plꝰ por tat de indumētis: q̄ꝙ acolitꝰ. Dicen dū ꝙ portat manipulū vlterius in ſiniſtra: qui ſignificat extertioneꝫ maculaꝝ noſtraꝝ: qꝛ manipulꝰ eſt quaſi ſudariū ad tergēdū vultum. Ipſi eni ſubdiaconi. p̄mo ad ſacra tractanda admittūtur. portat etiā tunicā ſtrictā: ꝑ quā doctrina criſti ſignificatꝰ vlꝉ figuratꝰ. vñ ⁊ in uete ri lege in ip̄a tintinabula pēdebāt Subdiaconi enim primo admittū tur ad doctrinā noue legis nūcian dā. Quarto quare nō recipit bene dictionē ſicut diaconus. Et dicēdū ꝙ Jo. p̄dicauit ſolo deo inſpirante non publice mittendo. iō non acci pit publice benedictionē. Quinto quare uadit ſine lumine et ſine ce reis. Dicēdum ꝙ ſignificat Jo. in p̄dicatōe eiꝰ: de quo dicitꝰ Jo. i°. nō erat ille lux. Sexto quare uadit cū vno ſolo acolito. Dicēdum ꝙ rō eſt qꝛ ſignificat. Jo. babtiſtā: qui pro nūtiauit aduētū xp̄i in carne: q̇ fu it humilimꝰ: etiā quaſi occultꝰ. iō uadit ſine lumine ⁊ cum vno ſolo acolito. uel qꝛ ſignificat aduētum primū xp̄i: qui nō habuit niſi unū precurſorē ſcilicꝫ Johāeꝫ baptiſtā

¶ De graduali

SEcūdo agēdū ē de penitēti ali opatōe que ſignificatꝰ ꝑ ḡduale. Circa qḋ hec uide būtur. Prīo quid ſignificat ḡduale et dñdū: ꝙ penitētiā quā Jo. p̄dica uit. iō ſtatī ſequitꝰ poſt ep̄lam. ⁊ iō in uoce ḡui cātatꝰ. qꝛ p̄mū lamētū ſignificat ſcḋm Inno. Secūdo qua re ſic uocatꝰ uel cātatꝰ. Et dicēdū ꝙ graduale ſicut debet cantari: ad de ſignādū fructū pñie: q̇ eſt aſcēdere de v̊tute in v̊tutē: quaſi ꝑ ḡdꝰ quoſ dā: donec videatꝰ deus deoꝝ in ſpon ꝓpter qḋ ḡduale ſignificat q̇eſcētē fidelium pñiam. Et interponitꝰ v̊ſus ad notādū ꝙ nullꝰ uerā ⁊ pfectā pe nitētiā facit: niſi ad deū pleniſſime cōuertat. iō Joelꝉ dr̄. Cōuertimini ad me in toto corde ur̄o ⁊c̄. Vocatꝰ etiā reſpōſū qꝛ ptinet ad opa actiue vite: ⁊ bñ cōgruit hoc nomē reſpō ſoriū actioni. qꝛ ꝑ opa reſpōdemus actioni meritorie et p̄mio. Tercio quare in diebꝰ paſcalibꝰ ⁊ pēte. nō cātatꝰ. Dicēdū: ꝙ dies illi ſtatū eccle ſie futurū felicē inſinuāt: ubi non erat fletꝰ: aut pñia. ſꝫ gaudiū ⁊ le ticia. qꝛ ſcḋm ꝙ cātat ecclia nō erit amplꝰ nec luctus neqꝫ clamor: ſꝫ nec ullꝰ dolor: qm̄ p̄ora trāſiert iō non cātatꝰ in illis diebꝰ ſupradictis

¶ De alleluya

TErcio agēdū ē de ſp̄uali ex ultatiōe: de qua in allꝉa ha betꝰ. ⁊ iō bñe ſtatī poſt ḡdu ale ſequitꝰ. qꝛ poſt luctū ſequitꝰ cōſo latio qꝛ beati q̇ lugēt qm̄ ip̄i cōſola būtur. et ſic poſt reſpōſoriū allꝉa. Circꝰ g° allꝉa queruntꝰ hec. ⁊ pri° q̇d ſignificat. ⁊ dicēd ex p̄dcis: ꝙ ſigni ficat gaudiū futꝫ: qḋ penitētibꝰ ꝓ mittitꝰ ad qḋ ſequitꝰ v̊ſꝰ ſcḋm Inno. q̇ nichil triſte: ſꝫ totū iocūdū ⁊ dul ce dꝫ ſonare. vñ om̄s v̊ſꝰ coūiter q̇ dicūtur: gaudiū ⁊ iocūditatē ſigni cāt. ſicut iſte eſt. Dñs regnauit de corē ⁊c̄. Dñs regnauit exultꝫ terra Jubilate deo. iuſtꝰ vt palma flore bit ⁊c̄. Et nota ꝙ allꝉ ſequitꝰ ⁊ ad ditꝰ proſa vel ſequētia cū dulci me

lodia. que hoc idē ſignificāt: quia
ſancti duplicē ſtolaȝ accipientes in
eternū gaudebūt. hec Jnnocēcius.
Secūdo querit̃ quomo° allelupa in
terpretat̃. et dicēdum ꝙ ſecūdum.
Ambroſiū ſic. alle. i. lux. lu. i. virtꝰ
pa. i. ſalus. Secūdū Augustinum:
ſic. alle. i. ſalua lu. i. me pa. i. dñe.
Scōȝ. Jeronimū ſic. alle. i. laudes
lu. i. dicamꝰ. pa. i. dño. Secūdum
Gregoriū ſic. alle. i. pater lu. i. filiꝰ
pa. i. ſpūs ſanctꝰ. Nota tercio ſcōm
rabanū ꝙ iſta duo vocabula. ſ. amē
et alleluia eccłia nō trāſtulit: ſȝ ſp
eundē modū retinēt ⁊ eadē manēt
propter reuerētiā ipoꝝ vocabuloꝝ.
qꝛ Johānes in apocalipſi. illa duo
nomina ab angelis ſe fatetur audi
uiſſe. vł etiā ex alia rōne. quia alle
lupa laudē celeſtē deſignat: quā ne
mo uidit huiꝰ ſcłi. ⁊ iō qō a nobis
ignotū eſt ſub ignoto uocabulo ex
ꝑmit̃: ⁊ hoc idē de amē: qō ſignifi
cat ueritatē eternā. Quarto queri
tur quare illa repetit̃. et dicēdū qꝛ
ſperat̃ duplex ſtola ſcȝ corporis et
aie. Quīto quare tēpore paſcali du
plicat̃. ad qō dicēdū: ꝙ propter du
plicē reſurrectionē ſcȝ capitis ⁊ mē
broꝝ: de q̇bꝰ gaudere debēꝰ. qꝛ ſm
apoſtolū. Si xp̄s reſurrexit et nos
reſurgemꝰ. Aliis aūt tēpibꝰ ꝑcedit
ḡduale. i ſignū ꝙ gaudiū vite cōtē
platiue qō p alleł a deſignat̃ ꝑcedit
penitētiā et lamētū. ſȝ tūc. Sexto
querit̃ quare in ebdomoda paſce di
cit̃. &c. hec dies. Reſpōſio eſt: uł po
teſt eſſe. qꝛ uſqȝ ad ſabbatū ſequēs
fit memoria de captiuitate filiorū
Jſrael. ſed poſt alła. cātat̃ ꝓpter
gaudiū reſurectionis. Septimo qua
re a ſeptuageſima uſqȝ ad paſcha
nō cātat̃. ſȝ magis loco illiꝰ dr̃ trac
tꝰ. Ad qō dicēdū ſm Jnno. tēpore
triſticie nō dn̄t carmina leticie de
cātari. Septuageſima aūt tp̄ꝰ babi
lonice captiuitatis ſpāłr ſiue ſpua
liter repreſentat: in quo tempe filii
iſrael ſup babilonis flumīa ſedētes
et flētes in ſallicibꝰ organa ſuſpēde
rūt dicētes. quo° cātabimꝰ cāticuȝ
dñi in tr̄a aliena. iō tūc non cani
mꝰ alła. ſȝ tractꝰ q̇ aſpitate uocis
⁊ ꝓlixitatis vboꝝ miſeriā ꝑſētem
incolatꝰ deſignāt. Vn̄ circa tractū
vidēda ſūt duo. Primo q̇d tractus
ſignificat. Dicēdū ꝙ ut dictū eſt ex
mō ſuo cātādi ⁊ młtiplicatōe vſuū
triſticiā quam ſancti patres habue
rūt tēpore captiuitatis babilōice.
Secūdo quare ſic dicit̃: Et dicēduȝ
ꝙ tractu cātat̃. iō tractꝰ appellatur

De euangelio

Quarto agēdū eſt de ſaluta
ri et ꝑncipali inſtructione
que eſt in euan°. in q° ipe
met xp̄s nō p miniſtros: ſȝ p ſemet
ipſuȝ nos informat. et inſtruit ad
euidētiā g° huiꝰ faciēda ſūt quatu
or. Nā ꝑmo agemꝰ de hiis: que ſūt
ad miniſtrū ptinētia. Circa que vi
debunt̃ multa. ꝑmo querit̃ quis ſit
miniſter euāgelii debitꝰ. Ad qō di
cēdū ꝙ ſacerdos uł diaconꝰ: nullo°
aliꝰ īferior. pmo ſi aliq̇s cātareȝ ſolē
niter eſſȝ irregłaris. q̄uis ſit dubiū
de illo qui dicit epłaȝ cū dalmatica
ſine mānipulo: q̄uis aliqñ obſuet̃:
qō nō fieręȝ. ſi irregularitatis penā
incurreret. Rō aūt quare ſacerdos vł
diachonꝰ miniſter eſt euāgelii. qꝛ
euāgeliū dr̃ ab eu ꝙ eſt bonū ⁊ an
gelꝰ qō ē nūciꝰ quaſi bona nūtiatio
qꝛ p euāgeliū mittit̃ gr̄a in ꝑſēti:
et gł̄ia in futo: et pccōꝝ correctio:
et virtutū adeptio. Et iō ꝓpter eiꝰ
ſolēpnitatē ⁊ dignitatē: nō dȝ niſi
a ſacerdote uel diachono cantari.
Secundo quid debet portare miniſ
ter. Ad qō dicēdum. ꝙ dicens euan
gelium induit̃ dalmatica: in ſignū
caſtitatis. qꝛ ad ea eſt obligatꝰ ta
cite: ſȝ nō expſſe ſicut religioſꝰ ad
q̄ etiā eſt obligatꝰ ſubdiaconꝰ: qꝛ

etiã hꝫ dalmaticã. ſꝫ dalmatica dia
coni habet manicas amplas: in ſig
nũ largitatis et pietatis. Naꝫ ad
diaconũ pertinet miniſtrare ſacrꝫ
eucariſtie: in qua miniſtratõne lar
gitas dꝫ eſſe et etiã in aliis dꝫ eſſe
largꝰ. Vñ in pricipio eccꝉe miniſ
tri paupum erãt diaconi. ut de be
ato Stefano hẽtur: ⁊ de aliis actuũ
vi. c. Jté dꝫ portare ſtolam a ſiniſ
tra uel leua pte vſꝰ dexteraꝫ: in ſig
num ꝙ oſtendere debemus a ſiniſ
tra huiꝰ miſerie preſentis ad dexte
ram glorie celeſtis. uꝉ dic ſic vt ſu
pra in queſtiõe cũ de ueſtibꝰ dictũ
fuit. Tercium quomodo dꝫ librum
recipere et portare. Ad ꝙ dicẽdum
ꝙ ipſe debet ſumere librũ de altari.
in ſignũ ꝙ euãgelium eſt de vbis
xpi: qui per eltare ſignificatur. et
poſt debet ipſũ inclinare ſuper hu
merũ ſiniſtrũ: in ſignũ ꝙ p̃dicatio
xp̃i adhuc degentibꝰ trãſibit ad iu
deos. Juxta illõ Yſaie. Jn diebus
illis ſaluabit̃ iuda: et iſrael habita
bit cõſidẽter. Quarto quoͦ debet
accedere ad cãtandum euãgelium.
Ad qõ dicẽdum: ꝙ in diebus ſolẽp
nibus in quibuſdaꝫ locis: crux pre
cedit euãgelium. in quo figuratur
ꝙ qui p̃dicat: mẽte debet ſequi Je
ſum crucifixum ⁊ in memoria ha
bere. Vnde dicit dñs Petro. Jo.
.xxi. ſequere me. Poſtea ꝓcedunt
duo acoliti cũ cereis accẽſis: in ſig
nũ: ꝙ p̃dicatores dñt habere ſciãm
et noticiã utriuſqꝫ teſtamẽti uꝉ in
ſignũ: ꝙ xp̃s qui euãgeliũ nũciat̃:
illuminat omnem hoĩẽ uenientẽ.
Jo. i. Vel cãdelabrũ cum lumine
ducẽdũ: ſignificat fidem cuꝫ bona
operatione. qꝛ fides ſine operibus
mortua eſt. ut dicit Jacobꝰ. Sed
ſũt duo portãtes cereos. ad notãdũ
ꝙ prophetarũ et patriarcharũ dic
tis: ueritas eoꝝ que dixẽrt in euã
gelio cõtinet̃. uel ad deſignandum
duplicẽ xp̃i aduẽtũ. quoꝝ primꝰ ha
buit p̃curſorẽ unũ. ſ. Jo. babtiſtã.
iõ i ferialibꝰ diebꝰ: nõ eſt niſi acoli
tꝰ vnꝰ. Sꝫ ſecũdꝰ manifeſtꝰ et ge
neraꝉ hẽbit duos. ſ. heliã ⁊ Enoh
iõ in diebꝰ feſtiuis ſũt duo acoliti
cum lumĩe. qꝛ illi uenient cuꝫ pu
blica p̃dicatione. Precedit etiam
thus: deſignans odorẽ bone fame:
ut poſſit dicere cuꝫ apoſtolo xpi bo
nꝰ odor ſũmꝰ. Poſtea ſeq̇tur ſubdi
aconꝰ portãs puluinar: ſignificãs
ꝙ dignꝰ eſt operariꝰ mercede ſua
Mat. viii. Vñ dicit apoſtolꝰ. ii.
ad coritios. ii. Si nos uobis ſp̃ualia
ſeminamꝰ: nõ eſt magnuꝫ ſi ur̃a
carnalia metamꝰ. Quito quare di
aconꝰ uadit cum tot ſociatꝰ: ad qõ
dicẽdũ qꝛ ſignificat xp̃m: quẽ multi
ſecuti ſũt. ut hẽtur in. Jo. Ecce
mundꝰ totꝰ poſt xp̃m abiit. Sexto
queritur quid dꝫ poſtea facere. ad
qõ dicẽdũ ꝙ tria. Primũ orare in
mediũ altaris ſcõm officiuꝫ roma
nũ: Dicẽdo mũda cor meũ. qꝛ nõ
eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris:
ut dicit ſapiẽs. Scõm autem ordi
nẽ noſtrũ et mꝉtos alios hec non
obſeruat̃. ſꝫ ſolũ ea que ſequũt̃. Se
cũdo dꝫ bñdictionem accipe: in ſig
nũ ꝙ nullꝰ dꝫ actoritate ꝓpria p̃di
care. Nã p̃dicator dꝫ mitti ab alio
Juxta illõ apꝉi. Quoͦ p̃dicabũt ni
ſi mittãtur. Dat̃ aũt bñdictio viſi
biliter diacono. ſꝫ nõ ſubdiacono.
qꝛ deꝰ ĩuiſibiliter manẽs: leges et
ꝓphetas ĩuiſibliter miſit. Sꝫ poſt
ꝙ̃ ĩ terra viſꝰ eſt: ⁊ cũ hoibꝰ cõuer
ſatꝰ eſt: apꝉos et euãgeliſtas viſibi
liter miſit dicẽs. Euntes in mũdũ
vniuerſũ docete ⁊ p̃dicate ⁊c̃. Jlli
aũt egreſſi circuibãt p caſtella ⁊c̃.
Terͦ dꝫ ppꝉꝫ ſalutare dicẽdo dñs vo
biſcũ ĩ qͦ ſignificat ſe orare: ut dñs
ſit cum eis: qui reddat eos attẽtos

in audiēdo uerbum dei· Et chorus
reſpōdz. et cū ſpū tuo. ac ſi dicerz
ꝙ etiā tecū ſit ad dicendū et ꝓferē
dū uirtꝰ. Quarᵒ dz turificare euā
geliū: in ſignū ꝙ odor diuine noti
cie que fit p euāgeliū in alios: deue
niet p miſteriūꝰ miſteriū. Quīto
dz pmo ſignare librū. i. dicat hic
eſt liber crucifixi quē pdico. Vnde
apꝰ. i. ad cori. i. Nos pdicamꝰ xp̄z
crucifixū. Poſtea dz ſignare frōtē
ſuū quaſi dicat crucifixum pdicare
nō erubeſco: pmo dico cū aplo. mi
chi abſit gloriari niſi in cruce dn̄i
ad galatas. vi. Poſtea dz ſignare
os: quaſi dicat xp̄m crucifixū ore
pdico. Poſtea pectus: quaſi dicat
crucifixum corde credo. Poſt totū
corpꝰ a capite uſqz deorſū. qr xp̄ꝰ
de celo deſcēdit in uterū virginis.
Poſt a ſiniſtra uſqz ad dexterā qr
de ſiniſtra huiꝰ mūdi puenimꝰ uſ
qz ad dexterā glīe

¶ De euangelio

Secūdo ubi dz cātari euāge
geliū videlicet de hiis que
euāgeliūz ſūt cōcomitāda.
Circa que hec videbuntur. Primo
ubi dz cātari euāgelium ad qd dico
tria. Primū eſt qd dz cātari in ſi
niſtra pte altaris. rō eſt qr ex euā
gelio et p euāgeliū peccatores fue
rūt uocati. uel in ſignuz ꝙ xp̄s lo
quēs in euāglio: nō uenit uocare
iuſtos qui per dexterā intelligūtur
Sed peccatores ad penitētiam; q
per ſiniſtrā intelligūtur. Secūduz
eſt ꝙ debz dici uerſꝰ aquilonē in ſig
nū ꝙ euāgeliū eſt ad euitationem
maloꝝ de immutationez maloꝝ ad
bonū. Mali aūt p aquilonē intelli
gūtur iuxͣ illd Jere. i. Ab aquilone
pādet oīe malū p aq̄lonē intelligi
ē etiā dyabolꝰ: cōtra quē euāgeliuz
ordinatꝰ. de quo dicitꝰ Jſai. Sedem
meam ponam a facie aquilonis.
Tercium eſt ꝙ dz dici in loco alto
et eminēti. et hec rō eſt. qr locus
eminēs ſcilz celū: credētibꝰ euan
gelium cōferꝰ: Iuxta illd Luc. xi.
Beati q audiūt uerbū dei ⁊c. uꝰ in
ſignū ꝙ euāgeliuz eſt publice pdi
cādū. Iuxͣ illud Matei. x. qd uobis
dico in tenebris dicite in lumine.
Itē Jſaie. ſuper mōtem excelſum
aſcēde tu qui illuminas et euāgeli
zas ſpō. Secūdo quomodo debz cā
tari. Ad ꝙ dico duo: Primo qͣtuz
ad uocem debet alte dici et legi ſi
ue cantari in ſignū: ꝙ doctrina xp̄i
omnes alias debet pcedere et pire
Vn̄ apoſtꝰs ad ebre. viii. lex nemi
nē ducit ad pfectōz. Euāgeliū aūt
operatꝰ ad ſalutē oī credēti. Secū
do qͣtum ad ſonū et modū intonā
di: dico ꝙ debet incipere a ſono ma
turo: Ad inſinuādum: ꝙ per xp̄m
nūciatꝰ illud ꝙ ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie
uiuamꝰ expctātes ⁊c. ut ait apꝰs.
terminatꝰ autē in acuto: ut oſtēda
tur ꝙ ad introitum glīe alte iam
ſumꝰ eleuati. uꝰ alia ratione. qr p
legez antiquā ſola tēporalia ꝓmit
tebātur. ideo lectiones terminantꝰ
deprimēdo in accētu graui. Sed in
euāgelio promittūtur celeſtia. idō
terminantꝰ in accētu acuto eleuan
do uocē. Tercio qualiter debet in ti
tulari. Ad ꝙ dicēdum ꝙ qn̄o ſumi
tur euāgelium de pricipio textus.
uꝰ ibi liber generationis Jeſu xp̄i
Matei. i. et ibi Facta aūt cū babti
zaretꝰ omnis populus Matei. i. Et
ibi Fuit in diebꝰ ilꝰ Luce. i. et ibi
In pricipio erat uerbuz Jo. i. tūc
dz ſic dici. Inicium ſācti euāgelii
Sed qn̄o ſumitꝰ aliūde. ut comuni
ter in omnibꝰ tūc dz dici. ſequētia
ſācti euāgeli. Et nota ꝙ ſequentia
poteſt eſſe numeri pluraris uel ſin

gualris: ⁊ poteſt addi de euāgeliſta
cuius illa ſūt uerba puta ſcōm Jo
hānez. vł ſcōm Mat. Sʒ tunc eſt
dubium quare in epiſtolis nō dici
mus ſcōm Paulum uel Petrum
ſicut dicimus in euāgeliis. ſecūdū
Johā. uel ſcōm Math. Ad ꝙ dicen
dum ꝙ epiſtole facte ſūt per eos a
quibꝰ denominanť. iō optime dici
poteſt epiſtola Pauli uel Jo. Sed
euāgelium nō eſt factum ab euan
geliſtis ſed ſolum recitatuʒ ꝑ illū
cuiꝰ dicit. vñ euāgeliſte nō ſūt ac
tores uerboꝝ xp̄i ſʒ ſolū recitatores
iō debet dici ſcōm Johā. vel ſcōm
Lucā ſcʒ recitať. Sed bene dr̄ euā
geliū xp̄i: qꝛ ip̄e fuit factor: Quar
to quomodo dʒ reſpōderi poſt inti
tulacionem. Ad ꝙ dicēdum ꝙ debʒ
reſpōderi a choro. Glřia tibi domīe.
qꝛ ſalꝰ ꝑ euāgeliuʒ nūtiata imme
diate a deo habeť quapꝓpter a poplo
merito deus magnificať. iux̄ illud
ps. glřiam regni tui dicēt et poten
tiam tuam loquentur

## De audientibus euāgelium

TErcio agemus de hiis: que
ſūt ad audiētiū euāgelia ꝑ
tinētia Circa qō uidēdū eſt
Primo quomodo dum euāgelium
legiť populꝰ ſe dʒ hēre. Et ſciēduʒ
primo ꝙ dʒ ſtare et non ſedere: in
ſignū ꝙ ſint parati pro euangelio
pugnare: ⁊ ꝓ fide xp̄i ſeruāda mo
ri. dicētes cū beato Petro. ego pa
ratꝰ ſum in morte et in uita tecū
ire. Secūdo capita detegere et diſ
cooperire: in ſignum ꝙ p̄dicať eis
nuda et clara ueritas. in huiuſmo
di figurā. Velū tēpli ſciſſū eſt per
mediuʒ Luce. xxiiii. uel etiam in
ſignū ꝙ ſūt parati obedire euāgeli
ce ueritati. uel in ſignū ut deť in
telligi ꝙ inter deum ⁊ ip̄os nullū
debet eſſe medium. uel ad ſignificā
dū ꝙ mens debet eſſe parata ad ob
ſeruātiā illoꝝ que ibi dicūť. ⁊ dʒ eē
audita et attēta ⁊ uolūtaria ad au
diēdū: et poſtea eſſe parata ad exſe
quēdū. Terꝰ debēt baculos ſi portāt
depōere: ad deſignādū illō qd diciť
Mat. vi. qui percuſſit te in maxil
lam dexteram prebe ei ⁊ alteram.
Quarto debet faciē ad euangeliuʒ
aduertere: in ſignum reuerētie et
attētionis diligētis ad ea que dicū
tur. Quito debet ſe ſignare in pri
cipio et in fine euāgelii. In prin
cipio ne dyabolꝰ auertat mētes eo
rū ab euāgelii p̄dicatiōe. Unde in
Eze. Signa tau ſuper frōtes viro
rum gemētium. Itē in fine dicto
euāgelio: ne dyabolus de eoꝝ cordi
bus auferat ſemē uerbi dei. nā de
mones ſignātur per illas uolucres
de quibꝰ dr̄ Matei. uolucres celi co
mederūt illud. i. demones abſtule
rūt a cordibꝰ fideliū ſemen vbi dei

## De hiis que fieri dn̄t dicto euāgelio

QVartuʒ de quibuſdam que
dicto euāgelio ſunt fiēda.
quoꝝ primū ē: ꝙ dicto euā
gelio: ſubdiachonꝰ debʒ libeꝝ ⁊ pul
uinar reſumere ⁊ reportare: in ſig
nū ꝙ predicator q̇dq̇d boni agit to
tū dʒ deo referre ⁊ attribuere. Vñ
apoſtolus laboraui nō ego ſed gr̄a
dei mecū. Secundū eſt ꝙ debet li
brū aperire ſacerdoti et ad oſculan
dum offerre: et poſt clauſuʒ ſcōm
ritum quardam eccleſiarū: aliis q̇
ſūt in choro ratio autem tāgiť in
euāgelio vbi diciť. Vobis datū eſt
noſce miſterium regni dei vł uer
bi dei. ideo aptus offerť ſacerdoti.
ceteris autem in parabolis. iō aliis
offerť liber clauſus. uel offertur ap
tus ſacerdoti. qꝛ ip̄e ſignificat xp̄ʒ

qui aperuit librum ſeptem ſigillis
noſtre redemptionis ſignatum. ut
in apocali. habent̃ ⁊ tradet̃ ad oſcu
lãdũ ſacerdoti: et poſtea aliis mini
ſteris in ſignũ volũtarie impleti,
onis eoꝝ ibi cõtinẽtis uel cõtẽtis:
vel oſculatur ſacerdos in ſignũ: ꝙ
xp̃s approbat ſermonẽ p̃dicãtiũ: ⁊
poſtea diaconꝰ ſoluꝫ: in ſignũ ꝙ ni
chil hꝫ p̃dicator a ſeipſo niſi p xp̃ꝫ
et a criſto et ſic patet ad quartum

## ¶ De cimbolo

Quinto de ſimbolo agẽdũ ẽ
de ſalutari fidei expreſiõe ⁊
cõfeſſiõe: que in ſimbolo cõtinent̃.
Circa qd̃ nota: ꝙ cũ in ſimbolo tota
fides noſtra et omnes articli fidei
cõtineant̃: taliter ꝙ ad eiꝰ declara
tionẽ pfectã: oporteret legere om̃s
quatuor libros ſentẽciaꝝ. ſed ptrã
ſeũdo breuiter: ⁊ mouendo aliqua
dubia circa aliquos articlos per or
dinem ita procedamus. Nam priᵒ
videbit̃ quare in mediate poſt euã
gelium ſequit̃ ſimbolum. Ad qd̃ di
cendũ. in ſignũ: ꝙ hiis que dicunt̃
in euangelio: debꝫ fides adhiberi ⁊
credere que audimꝰ in predicatiõe
euãgelii. vnde appoſtolus ad Ro.
Fides ex auditu. auditus aũt p ver
bum dei. Secundo quare ſacerdos
incipit et chorus ꝓſequit̃ rõ eſt: qꝛ
fides nobis a xp̃o reuelat̃: et ab ip̃o
ad populũ deriuatur in huiuſmõi
ſignum. ipſe incipit: credo. in quo
fides p diſtinctos articlos explicat̃.
Qua propter tercio notãduꝫ circa
ipſã fidem. quare fides eſt nobis ne
ceſſaria. ⁊ dicẽdum ꝙ propter tria
uel quatuor que in nobis bona ope
rãtur. Primũ eſt. qꝛ per fideꝫ ani
ma deo coniũgitur et deſpõſatur.
Naꝫ aĩa xp̃iana facit ſibi quaſi qd̃
dã matrimoniũ cuꝫ deo. Dñ Oze
.ii. Spõſabo te michi in fide: ⁊ de
inde eſt: ꝙ cũ homo babtizat̃: prĩo
confitet̃ fidẽ: cũ dicit̃ ei: Credis in
vnũ deũ: ⁊ reſpõdet̃. Credo ⁊c̃. bab
tiſmus enĩ ſine fide nõ prodeſt. idͦ
dominꝰ dicit Matei ultimo. Qui
crediderit et babtizatus fuerit ſal
uꝰ erit. Secũdum eſt ꝙ ex fide in
nobis uita eterna inchoat̃. Nã vi
ta eterna nichil eſt niſi cognoſcere
deum ut dicit Jo. hec eſt vita eter
na ut cognoſcã te uerũ deum. Hec
autẽ cognitio incipit in nobis hic
per fidẽ. ſed perficit̃ in uita futura
qꝛ tũc cognoſcemꝰ eũ ſicuti eſt. vt
dicit Jo. in cronica ſua. Et ideo
dr̃ ad ebreos: xi. Fides eſt ſubſtãtia
ſperãdaruꝫ rerum argumẽtũ non
apparẽtium. Terciuꝫ eſt: qꝛ per fi
dẽ vita pñs dirigit̃. nã ad hoc ꝙ
homo bene viuat: oportet ꝙ ſciat
neceſſaria ad bñ uiuẽdũ. fides aũt
docet oĩa neceſſaria ad bene uiuen
dum. et ip̃a enĩ docet ꝙ eſt vnꝰ de
us: qui eſt remunerator bonorum
et punitor malorũ. ⁊ ꝙ eſt alia vi
ta preter iſtaꝫ: talia ⁊ huiuſmõi:
quibꝰ ſatis allicimur ad bona ⁊ vi
tamus mala. Abacuc. ii. Juſtꝰ au
tem meus ex fide uiuit. Et quidẽ
hoc pꝫ. qꝛ nullus philoſophorũ añ
aduẽtuꝫ xp̃i cũ ſuo toto conatu: po
tuit tantum ſcire de deo ⁊ neceſſa
rũs ad uitam: quantum poſt aduẽ
tum xp̃i ſcit una uetula per fideꝫ.
ideo dr̃ Jſaie. xxx. Repleta eſt ter
ra ſcientia dñi. Quartuꝫ eſt: qꝛ fi
des eſt qua vincimꝰ tẽptatões. qꝛ
ſm apoſtolum ad ebreos. xi. Sãc
ti per fidem vicerũt regna. et hoc
patet. qꝛ om̃is temptatio: uel eſt
a diabolo: uel a mũdo: ul̃ a carne.
Si aũt eſt a diabolo q̇ temptat vt
non obedias deo nec te ſubicias ei:
hec temptatio remouet̃ per fideꝫ.
Nam p fidem cognoſcimꝰ ꝙ deus

eſt dñs oim̄. ⁊ ſibi eſt obediendũ ut
dicit Petrꝰ in ſua cronica. Aduer
ſarꝰ vr̃ diabolꝰ tãq̃ leo rugiẽs cir
cuit querẽs quẽ deuoret cui reſiſti
te fortes in fide. Si tẽptatio eſt a
mũdo qui temptat alliciẽdo in ꝓſ
peris uel terrendo aduerſis. hoc re
mouetur ꝑ fidez: que facit nos cre
dere aliam uitã eſſe meliorem iſta.
ideo deſpicimꝰ ꝓſpera et nõ formi
damus aduerſa. iõ ad romanos. v.
Hec eſt uera victoria que vicit mũ
dum fides ueſtra. q2 ipa docet nos
credere bona maiora ſcz paradiſi ⁊
mala peiora ſcz inferni. Si tempta
tio eſt a carne : que nos inducit ad
temptationem ⁊ delectationes mo
mẽtaneas preſẽtis uite. etiã remo
uet᷑ per fidẽ que oſtẽdit nobis. ꝙ ſi
iſtis adheremus indebite: perdemꝰ
delectationes eternas. q2 ſi ſ̃m car
nẽ uiueritis moriemini: ut ait apoſ
tolus. iõ dicit ad epheſ. vi. In om̄i
bus ſumentes ſtatum fidei: in quo
poſſitis omnia tela nequiſſima ig
nea extiguere: ſic patet ergo quoꝰ
eſt multum vtile habere fidẽ. Sed
dices tu ꝙ certe ſtultũ eſt credere:
qḋ homo nõ videt nec ſũt credẽda
dubia. ⁊ ideo ſtultus eſt qui credit
fidẽ. ſ3 dicendum ꝙ nõ eſt ſtultuz
credere ꝙ hõ nõ videt: ꝑmo p3 cla
re ꝙ hoc dubiũ ꝑ fidez tollit᷑. ⁊ põt
reddi ratio triplex quare ꝓbat᷑: ꝙ
hõ d3 credere illa que nõ videt. Pri
mo ꝓpter nr̃i intellcũs infirmita
tẽ. Secũdo propter uite nr̃e neceſſi
tatẽ. Tercio ꝓpter miracłoꝝ multi
plicitatẽ. Prio dico ꝙ debẽꝰ crede
re ea que nõ vidimꝰ: ꝓpter nr̃e in
telligentie infirmitatẽ. Nã ſi hõ
poſſ3 cognoſcere ꝑ fidẽ oĩa uiſibilia
⁊ iuiſibilia ſtultũ eſſe credere qḋ nõ
uidemꝰ. S3 cognitio nr̃a eſt a deo
debilis ꝙ nullus philoſophꝰ potuit
iueſtigare ꝑfectã naturã vnꝰ muſ
ce imo legitur ꝙ unus philoſophꝰ
fuit ualde ſolicitꝰ: ut ſciret naturã
apis ⁊ nũq̃ potuit perfecte ſcire. Si
ergo intellectꝰ noſter eſt ita debilis
nõne ſtultuz eſt nolle credere deo.
niſi illa tamen: que homo natura
liter poteſt cognoſcere. ⁊ iõ Ariſto
tiles in libro metha. ꝙ ſic ſe h3 in
tellectꝰ nr̃ ad mãifeſtiſſima ĩ natu
ra: ſicut oculus ueſpertilionis ad
radium ſolis. ideo contra hoc dicit
Ecce dominꝰ magnꝰ vĩcẽs ſcientiã
noſtram Job. xxxvi. Secũdo crede
re debemus illa que non uidemus
propter uite noſtre neceſſitatem.
q2 niſi uelimus credere ea que nõ
cognoſcimus: nõ poſſemus viuere
in hoc mũdo. quoꝰ ergo aliquis poſ
ſet viuere nec credere ſe habere pa
trẽ aliquem: quomodo ergo poſſet
ſcire quis eſt pater eiꝰ: qñ etia3 fie
rẽt negationes ſiue negationes in
hoc mũdo niſi crederẽt perfecte ea
que nõ cognoſcũtur. ſed certuz eſt
aũt ꝙ nulli eſt ita credẽdum ſicut
deo. ideo illi qui nõ credunt dictis
fidei: nõ ſũt ſapiẽtes: ſed ſũt ſtul
ti ſicut ait apoſtolꝰ. i. ad Thi. vi.
Supbus eſt et nichil ſciens ſi quis
aliter docet: et nõ acquieſcet ſanis
ſermonibus domini nr̃i Jeſu xp̃i
Tercio propter miraculorum mul
titudinẽ: fatuũ eni3 eſſ3 nõ credere
litteris miſſis a rege ſigillatis ſigil
lo ſuo. imo illis nullus cõtradicere
audet nec dicere: quĩ littera illa ꝓ
ceſſerit de uoluntate regis. Cõſtat
autem: illa que ſancti docuerũt et
tradiderunt nobis de fide xp̃i: ſig
nata eſſe ſigillo proprio dei: ꝙ ſigil
lum eſt illa operatio quam nulla
creatura pura facere poterit. Hec
ſunt miracula quibus xp̃us confir
mauit dicta apoſtolorũ. et ſanctorũ
Et ſic dicã: ꝙ miracula nullus mõ
videt fieri. et cũ hoc tamẽ conſtat

per hiſtorias paganoꝝ. ꝙ totꝰ mū
dus quaſi celebrat idola: Sed oīs
cōuerſi ſunt ad dominum nr̄m Je
ſū xp̄m: ſapientes nobiles et igno
biles viri: et mulieres: ad p̄dicatio
nem ſimplicium pauperum: p̄dicā
tium paupertatem et humilitatē
et fugam delectationum. Aut ergo
hoc factū eſt miraculoſe: aut non.
ſi miraculoſe: ſic habeo ꝓpoſitum.
Si nō: dico ꝙ non potuit eſſe maiꝰ
miraculū: q̄ꝙ mundꝰ ſine mira
culis per ſimplices homines cōuer
terētur: nā ergo queramus aliquid
nec dubitemus de fide. ſed creda
mus ea que ſunt fidei: ⁊ explicanẗ
in ſimbolo magis: q̄ꝙ ea que uiſus
videt. q2 viſus hominis decipitur
et hominem decipit: ſciētia autem
dn̄i dei non decipit nec aliquem de
cepit. Et idō: q2 in ſimbolo de quo
nunc agiẗ explicātur articuli fidei
Jdeo quarto videbitur: quid eſt ar
ticulus: et quare ſic dicatur. Et di
cēdū: ꝙ ſcd̄m Richardum de ſanc
to Victore articulus eſt indiuiſi
bilis ueritas de deo: artans nos ad
credendum. dicitur autem indiuiſi
bilis ueritas. q2 non poteſt diuidi
nec reſolui in plures diffinitiones
ſiue diuiſiones ſpirituales. Et dici
tur talis ueritas articulus: ad ſimi
litudinē in rebus corporalibus: in
quibus articulus uocaẗ organum:
qd̄ non eſt diuiſibile in plura. Non
diciẗ maiꝰ articulꝰ eo q2 in plures
digitos diuidi poteſt. ſed ip̄e digitꝰ
uel pars eius articulus dicitur. Si
milis ueritas fidei que non diuidiẗ
in plures difficultates ſpirituales
dicitur articulꝰ. Quod aūt dicitur
artans nos ad credendū. intelligen
dū eſt non de artatiōe creationis:
cum nullus credat niſi volēs. Sed
de artatione ſuppoſitionis ſcꝫ ſi uo
lumꝰ ſaluari artamur ad credendū

q2 ſm̄ apoſtolū ſine fide impoſſibi
le eſt placere deo. Et Matei vltio
diciẗ q̇ vero non crediderit comdēp
nabiẗ. Quinto quot modis dr̄ arti
culꝰ. ⁊ dicendū ꝙ duobus modis.
Vnoͦ omne illō ad qd̄ artat nos fi
des: et iſtoͦ deū eſſe vnū eſt articu
lus q2 q̄ꝙuis alio mō hoc ſcire poſſi
mꝰ ſcꝫ per ſciētiam. tn̄ etiam per
fidem artamur. Alio modo omne
illō ad qd̄ nos artat ſola fides. ⁊ iſ
to modo dr̄ articulꝰ illō qd̄ excedit
rationē naturalem viatoris puta
deum eſſe trinū in pſonis. Et filiū
incarnari ⁊ virginem parere xp̄m
⁊ totū eſſe in hoſtia cōſecrata ⁊ ta
lia et huiuſmodi. ⁊ iſti ꝓp̄e ⁊ ſtric
te dicūtur articuli. Sexto quid eſt
ſimbolū. dico ꝙ ſimbolū dr̄ a ſimꝉ
tate vꝉ collectione. vn̄ ſimbolizare
dicūtur aliqui: qn̄o ex pluribꝰ par
tibꝰ fit vnū cōtinuū ſiue cōuiuiū ⁊
hoc mō triplici collectiōe dr̄ ſimbo
lū. Primo a collectione mꝉtorum
hoīm ad unā fidē. Secūdo a collecti
one mꝉtoꝝ p̄dicātiū ⁊ declarātium
vnā fidē. Tercio a collectione mul
torū articꝉoꝝ ex diuerſis locis ſacre
ſcripẗe: in qua tota fides quātū ad
credibilia cōtineẗ. et hoc modo dr̄
hic ſimbolū. a ſin qd̄ ē ſimꝉ ⁊ bolꝰ.
q2 q̇libꝫ apꝉoꝝ ſuū bolū. i. articꝉꝫ
poſuit vt infra diceẗ. p̄mis etiā du
obꝰ modis ſimbolum dici poteſt.
Septimo: que fuit neceſſitas inue
niendi ſimbola. Dicendū ꝙ duplex
neceſſitas uel utilitas fuit conden
di ſimbolū. ¶ Prima certa ⁊ facilis
cognitio credēdorū: ⁊ maior caute
la cōtra fraudē hereticorū fidē cor
rūpenciū. Nam cum fidei veritas
diffuſe in ſacra ſcriptura cōtineaẗ
in pluribus locis: et longū ſtudiū
requireretẗ ad colligendū ſūmatim
ueritatē fidei nr̄e: neceſſe fuit in
ſūma colligere: ut ſic collecta: oībꝰ

preponatur ad credendum: ne fides ſimpliciū per hereticos deprauātes corrūperentur ſcripturas. Secūda vtilitas vł neceſſitas fuit ꝓpter hereſes diuerſas inſurgētes tēporibꝰ diuerſꝭ. quibꝰ obuiādis: diuerſa ſimbola facta ſūt: addēdo vel declarando ſicut expediebat. ¶ Octauo quod ſūt ſimbola. dicendū ꝙ tria ꝓpria. primū eſt apoſtoloꝝ. Scōm ē ſimbolū factū in concilio generali Nicene. Terciū eſt ſimbolū athanaſii ſcilꝫ. quicūqꝫ vult. qđ autem dicit glo. in pricipio decretaliuꝫ: ꝙ illō .c. firmiter credimꝰ ꝛc. dicit̄ ſimbolū quartū largo modo ꝛ inꝓprie loquit̄. ſed ſcōm theologos ſūt p̄dicta tria. ꝛ etiā ſimbolū Athanaſii ſcilꝫ quicūqꝫ vult nō dicit̄ ꝓprie ſimbolū: qꝛ magis ꝑ modū doctrine q̄ ꝑ modū collectionis tradit credēda. Nono quare varijs modis cātant̄. dicēdū ꝙ ſimbolū apłoꝝ fuit cōditū tp̄ore veritatis nōdū prolate. ideo dicit̄ ſubmiſſe nōdū ſole bn̄e lucēte ꝛ in cōpletorio. Simbolū aūt Nicenū factum fuit tēpore veritatꝭ ꝓlate cōtra aliquos hereticos inſurgētes. Vn̄ ibi declarant̄ quedaꝫ: que in ſimbolo apłorū nō ita clare cōtinebant̄. ideo cātat̄ ſolēpniter poſt euāgeliū in miſſa. Simbolū autem Athanaſii: cōditū fuit tēpore veritatis ꝑ hereticos cōcuſſe. ſed tamē veritas p̄ualuit. ꝓpter qđ dicit̄ in mane pulſis tenebris: q̄uis illō ſit magis ꝑ modū doctrine: q̄ per modū ſimboli. i his tribꝰ cōtinet̄ eadē veritas: ſed magis clare in vno q̄ i alio. Decimo videbit̄ quales apoſtoli fecerunt et poſuerunt articulos: ꝛ quomoͦ oēs articłi fuerūt ꝑ prophetas p̄dicti. ꝑmū articłm. ſ. Credo in vnū deū patrē ōnipotētē creatorē celi et terre: poſuit Petrus. et de hoc p̄dixit Iheremias. patrē inuocabitis qui fecit terram et cōdidit celos geniꝭ. iͦ. In principio creauit deꝰ celū ꝛ terrā. Secūdū. ſ. Et in iheſū xp̄m filiū eiꝰ vnicū dominū nr̄m: poſuit Andreas. iſtud p̄dixit Dauid dicens. Dn̄s dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te. Terciū ſcꝫ q̇ cōceptꝰ eſt de ſp̄u ſancto natꝰ ex maria v̇gine: poſuit Iohāes. iſtud p̄dixit Iſayas. Ecce v̇go cōcipiet et pariet filiū. Quartū. ſ. paſſus ſub pōcio Pilato crucifixꝰ mortuꝰ ꝛ ſepultꝰ: poſuit Iacobus minor. iſtud p̄dixit zacharias Aſpicient ad me quem cōfixerūt. Quītū ſcilꝫ deſcēdit ad inferos tercia die reſurrexit a mortuis: poſuit Philippꝰ. Et iſtud p̄redixit Oſe. xiii. O mors erō mors tua et ero morſus tuꝰ inferne. Et notanter dixit morſꝰ. qꝛ ꝑtem tulit ꝛ ꝑtem maiorē dimiſit. Sextū ſcꝫ. Aſcēdit ad celos ſedet ad dexterā dei patris ōnipotētis: poſuit Iacobꝰ maior. Et hoc p̄dixit Amos. ix. Qui edificat aſcēſionē ſuā in celo. Septimū ſcꝫ. inde vēturꝰ eſt iudicare viuos et mortuos: poſuit Thomas. Et iſtō p̄dixit Sophonias. iii. Expecta me dicit dn̄s in futurū: qꝛ iudiciū meū vt cōgregē gētē ꝛ colligā regna. Octauū ſcꝫ. Credo in ſp̄ūꝫ ſcūm poſuit Bartholomeꝰ. ꝛ hoc p̄dixit Iohel. ii. Effūdaꝫ de ſp̄u meo ſuꝑ omnē carnē. Nonū ſcilꝫ ſanctam eccłiaꝫ catholicā ſcōꝝ ſanctorū cōmunionēꝫ: poſuit Matheꝰ. Et iſtud p̄dixit Micheas. Inuocabūt oēs deuꝫ ꝛ ſeruiēt ei. Decimū ſcilꝫ remiſſiōꝫ peccatoꝝ: poſuit. ſymō. Et iſtō predixit. ꝓpheta dicēs in pſ. Qui ꝓpiciatur oībus iniquitatibꝰ tuis. Vndecimū ſcilꝫ carnis reſurrectionē: poſuit Thadeꝰ. Et iſtō p̄dixit Ezechiel. xvii. caͦ. Educā de ſepulcro populū meū. Duodecimū ſcꝫ vitaꝫ

eternaꝫ: poſuit Mathias. Et iſtud
ꝑdixit daniel. xxii. Euigilabūt alii
ad vitam eternā ⁊ alii in opprobri
uꝫ ¶ Undecimo notādū: ꝙ licꝫ ſcḋm
numerū apl'orū articl'i ſint xii: tñ
iuxta numeꝝ credēdorū ſcḋm cōmu
neꝫ acceptionē ſūt xiiii. quoꝝ ſuffi
ciētia ſic habet breuiter. qꝛ articlꝰ
fidei: aut eſt de deo tātum: aut de
deo ⁊ hoīe. ſi eſt de deo tm̄: tūc cir
ca diuinitateꝫ tria ſūt conſiderāda
ſcꝫ vnitas eſſentie: trinitas ꝑſonaꝝ
⁊ effectꝰ diuine vtutis. Si cōſidere
mꝰ vnitatē eſſētie: ſic habemꝰ pri
mū articl'ꝫ ſcꝫ Credo ī deū: Si cō
ſideremꝰ ꝑſonaꝝ trinitateꝫ: habēꝰ
tres: vnū de ꝑſona patris ſcꝫ patrē
omīpotentē: aliū de ꝑſona filii ſcꝫ
et in ihesū xpm: aliū de ſpu ſancto.
Et in ſpm ſanctū dn̄m. Si autem
cōſideremꝰ effectū diuine vtutis q̇
eſt triplex. ſ. nature: glorie: ⁊ grē:
ſic habemꝰ tres articl'os: vnum de
effectu nature ſcꝫ creatoreꝫ celi et
terre. Aliū de effectu grē ſcꝫ ſanctā
eccleſiā catholicā ſanctoꝝ cōmunio
oneꝫ remiſſionē peccatoꝝ. Aliū de
effectu glorie ſcꝫ carnis reſurrectōꝫ
vitā eternā Amē. Et ſic habemus
ſeptē ꝑtinentes ad diuinitatē: qui
in hoc vſu cōtinent. Eſt vnus ſūt
tres: creat indulgetqꝫ coronat. Si
autē de homīe aut de cōceptiōe eſt:
ſic eſt ille qui conceptꝰ eſt de ſpiri
tu ſancto: aut de natiuitate: ⁊ ſic
eſt ille q̇ natꝰ eſt de vgine Maria:
aut de paſſiōe ⁊ ſic eſt ille paſſꝰ ſub
pōcio Pilato. Aut de deſcēſu ad in
feros: et ſic eſt ille: qui deſcēdit ad
īferos: aut de reſurrectiōe: ⁊ ſic eſt
ille. tercia die reſurrexit a mortuis
aut de aſcēſione: Et ſic ē ille. Aſcē
ad celos. Aut de aduētu ad iudiciū:
Et ſic eſt ille. Inde vēturꝰ eſt. Et
ſic habēꝰ ſepteꝫ ꝑtinētes ad hūani
tatē: qui cōtinēt in his vſibꝰ. Sig

nitur ac orit patit deſcēdit ad pma.
Surgit et aſcēdit veniet diſcernere
cūcta. Duodecimo nota: ꝙ paulꝰ et
barnabas qui nūc apl'i nūcupant:
nichil in ſimbolo poſuerūt. qꝛ fue
rūt electi poſt miſſiōeꝫ apl'oꝝ. xii.
ad ꝑdicādū: nec in numero illo. xii.
cōtinet. Quis Paulꝰ ꝓpter digni
tatē ꝑdicatiōis ⁊ vocatōis apl'ꝰ dica
tur. Decimotercio nota ꝙ ad eiꝰ ex
poſitiōeꝫ eſt ꝓcedēdū ſcꝫ ſimboluꝫ
ꝙ ſolū dicit in miſſa: qḋ ſimbolū:
Nicenū appellat: ad cuiꝰ euidētiā
notād: ꝙ ibi pmo ponūt quedā que
ꝑtinent ad eſſentie vnitatē ibi ſcꝫ:
vnū deū. ſcḋo ea que ꝑtinēt ad ꝑſo
naꝝ trinitatē: ibi patrē oīpotentē.
pmo ergo quātū ad eſſentie vnita
teꝫ dicit hic. Credo in vnū deū: hoc
autē qḋ dicit vnū: fuit additū per
eccleſiam ad ſimbolū apl'oꝝ: ad cor
rigēdum errorem vt dicit. Augꝰ.
dicētiū in diuinis duas ſubſtātias
eſſe: cōtra quos dicit deutronomii.
.xvi. Audi iſrael dn̄s deꝰ tuꝰ vnus
eſt. Unde inter oīa credibilia iſtō
eſt pmū: ꝙ ſit vnus deus oīa guber
nans ⁊ prouidēs ¶ Contra hūc arti
culū plr'es errores vitādi cōcurrūt.
primꝰ quorūdā gentiliū et pagano
rū ponētiū plr'es deos. Cōtra quos
iam eſt allegatū. Secūdꝰ eſt antro
mo poſitarū ponētiū deuꝫ eſſe cor
poralem ⁊ ad modū corporis hūa
ni formatū: cōtra quos dicit. Jo.
.iiii. Spūs ē deus. Tercio eſt epicu
riorū dicētiū deū nō habere ſciēti
am: cōtra quos dicit pma Petri.
.iii. Omnē ſollicitudinē ꝓhiciētes
in eū: quoniā ipſi cura eſt de oībus
qḋ eſt contra illos. qui dicūt oīa
eſſe a caſu: qḋ eſt fatuū. nam nullꝰ
eſt ita amens: quin videat res na
turales gubernari et diſponi quo
dam ordine: et certis temporibus
procedere. videmꝰ enim ſolē ⁊ lu

naꝫ et ſtellas et alia naturalia ſer
uare curſum determinatū: qđ non
eſſet ſi a caſu venirent. hoc etiā eſt
contra illos qui dicunt. ꝙ actꝰ hu
mani non diſponūtur a deo: quoꝝ
ratio potiſſima eſt. quia vident ma
los proſperari: bonos autē affligi.
Juxta illud Iheremie. 1°. Quare
via impiorū proſperatᷣ ⁊c̄. qđ videtᷣ
tollere ꝓuidentia dei circa actꝰ hu
manos: hoc certe ē valde ſtultum
cogitare. naꝫ talibus accidit: ſicut
illi qui vadit ad medicū ꝓpinatuꝫ
vni in firmo vinū et alteri aquā:
vni medicinā dulcem ⁊ alteri ama
rā: qui ſi neſciret artē medicine:
crederet ꝙ hoc fieret a caſu. quia
neſcit cauſaꝫ iuſtam ꝓpter qđ fit
ignorat. Sic recte ē de deo: dat iſti
bonum illi malum ex cauſa tamē
iuſta: quā nos penitus ignoramꝰ.
Et propter hoc de iudicIIs que ſūt
abiſſus multa ſtulte iudicamꝰ: licꝫ
ipſe qui omnia nouit: p̄terita pre
ſentia ⁊ futura iuſtiſſime hoc faci
at. ¶ Sequitur patrem om̄ipotētēꝫ
vbi ponūtur ea que ꝑtinent ad pſo
narū trinitateꝫ. Et diuiditᷣ in tres
ꝑtes: qꝛ p̄mo ponitur qđ ꝑtinet ad
ipſū: ibi et in ſpiritū ſanctū: ⁊ in
vnū dn̄m ⁊c̄. Tercio que partinēt
ad ſp̄m ſanctū: ibi ⁊ in ſp̄m ſanctū.
Adhuc p̄ma in duas. quia p̄mo po
nitur qđ ꝑtinet ad ipſū ꝑ reſpectū
ad creaturas ibi. Creatoreꝫ celi et
terre. Primo ergo dicit patrē om
nipotentem. contra hoc fuit error
quorūdā gētiliū philoſophorū: qui
dixerūt deuꝫ nō eſſe omnipotentē.
ſed ſolum poſſe ea que naturaliter
fiūt: contra quos dicitᷣ in p̄s. Om
nia quecūqꝫ voluit fecit: Secundo
dicit: celi ⁊ terre viſibiliū ⁊c̄. quod
ꝑtinet ad eius effectū. circa qđ no
ta ꝙ in alio apl'oꝝ. Simbolo dicitᷣ:
creatorem celi et terre: hic autem
factoreꝫ: ad denotādū. ꝙ om̄is pro
ductio quecūque ſit: ſiue ꝑ creatio
nem ſiue ꝑ factionē vel quouiſmoͦ
reducitᷣ ad deū. Contra hoc fuerūt
errores tres. p̄mus māicheorū qui
inuiſibilia et bona eſſe a deo: viſibi
lia aūt et mala: a diabolo: vl' de deo
malo. et cauſa errorū eſt. qꝛ cū deꝰ
ſit ſūme bonus et verus: nō poteſt
eſſe ab eo niſi bonū. Iſti eni errāt:
quia neſciūt diſtiguere inter bonū
et malū ſimpliciter et ſecūduꝫ qđ.
dicunt enim ꝙ ignis quia vrit et
aqua quia ſubmergit ſunt mala.
Contra quos ponit. Augꝰ. tale exē
plū. Si aliquis intraret domū fabri:
et inueniret ibi īſtru mēta ferrea:
quibꝰ impingeretᷣ et lederet pedes
ſuos: et ex hoc reputaret fabrū ma
lum: quia tenet illa inſtrumenta
ſtultus eſſet faber cū teneat ea ad
opus ſuū: ita eſt hic. ſtultū eſt eni
dicere ꝙ creature ſunt male. qꝛ in
aliquo ſūt nociue. nam ꝙ vni eſt
malum et nociuū: alteri eſt vtile.
Et ideo cōtra iſtum erroreꝫ cōfite
tur eccl'ia in ſimbolo: factoreꝫ celi
et terre viſibiliū et inuiſibiliū. vnde
Jo. 1°. Omnia ꝑ ip̄m facta ſūt et
ſine ipſo factum eſt nichil. Secūdꝰ
error eſt ponētiū mūdū ab eterno.
et iſti ducti ſunt ad hūc errorē. qꝛ
neſcierunt cōſiderare principium
mūdi. de quo dicit Moyſes geñſis
1°: In principio creauit deus celū
et terram ⁊c̄. iſtis contingit ſicut
puero qui ſi ſtatim vt naſcitᷣ pone
retur in ſilua: et nūꝙ̄ videret ma
treꝫ pregnāteꝫ nec puerū naſci: ta
lis quando eſſet magnꝰ: nulloͦ cre
deret qualiter homo concipitᷣ porta
tur et naſcitur. qꝛ ſibi videretᷣ om
nino impoſſibile: ꝙ hō poſſet eſſe
in vētre matris. Sic certe iſti cōſi
derātes ſtatū mūdi p̄ſentē: nō cre
dūt ꝙ incepit. hoc aūt eſt cōtra fi

dem eccleſie . et ideo ad remouendū
hoc: dicit̄ factorē celi et terre. quia
ſi fuerūt facta: cōſtat ꝙ non ſemꝑ
fuerūt. Et ideo ī ꝑs dicit̄: Et facta
ſūt. Tercius error eſt ponētiū mū
dum fuiſſe ex p̄iacenti materia. Et
iſti ad hoc deducti ſūt. q2 noluerūt
mentiri potētiaȝ dei : ſed potētiaȝ
noſtram . Et ideo: q2 homo nichil
poteſt facere: niſi ex preiacenti ma
teria. q2 eſt cauſa particlaris: ⁊ nō
poteſt inducere hanc formā: niſi in
materia decenti ab alio p̄ſuppoſita
ſibi. cuiꝰ ratio eſt. q2 v̄tus ſua eſt
determinata ad formā tm̄. et ideo
nō pōt eē niſi huiꝰ forme. Deꝰ aūt
eſt cauſa vniuerſalis omniū rerū:
qui nō ſoluȝ creat formā ꝑmo etiā
materiaȝ. vnde ex nichilo oīa crea
uit. Ideo ad remouendū hūc errorē
dicit̄ in alio ſimbolo creatoreȝ celi
et terre . In hoc differūt creare et
facere. q2 creare eſt aliq̇d de nichilo
facere: facere aūt eſt aliq̇d de aliq°
ꝓducere. Et nota ꝙ ex huiꝰmōi cō
ſideratōe homo dirigit̄ ad ꝙ quīqȝ.
Pri° ad cognitionē diuine maieſta
tis. Nam factor pre eminet factis:
vnde q2 deus eſt factor omniū: con
ſtat eū eſſe eminēcioreȝ oībꝰ: ide
eſt ꝙ quidq̇d pōt intelligi ⁊ cogita
ri: minus eſt ipſo deo Job. xxxvi .
Ecce deus magnꝰ vincens ſenten
tiam noſtram . Secūdo ad grāruȝ
actiones. quia ex quo deꝰ eſt omni
um creator: certum eſt. q2 quidq̇d
ſumꝰ et habemꝰ a deo habemꝰ. vn
de apl'us ad chorinth. Quid habes
ꝙ non accepiſti ꝑs. Dn̄i eſt terra ⁊
plenitudo eiꝰ . Jō tenemur grās
reddere ꝑs. Quid retribuā dn̄o pro
oībꝰ que retribuit michi. Tercio
ad patiēciaȝ in aduerſis . Naȝ licȝ
omnis creatura ſit a deo: nō tamē
culpa . quia peccatū non eſt a deo.
ſed hūc pena quaȝ homo ſuſtinet a
deo quā debet ſuſtinere paciēter. et
quia eſt a deo : et quia ad bonū or
dinat̄. naȝ pene purgant peccatū:
humiliat reos: purgant et ꝓuocāt
bonos ad amoreȝ dei Job ꝑmo. Si
bona ſuſcepimꝰ de manu dn̄i: ma
la aūt quare nō ſuſtinemꝰ. Quar
to inducimur ad recte vtēdū rebꝰ cre
atis. naȝ creaturis debemus vti ad
hoc ꝙ create ſūt : ſūt autē facte ad
duo. ꝑmo ad gloriā dei ꝓuerbiorū.
xxvi°. Uniuerſa ꝓpter ſemetipm̄
ideſt ad gloriā ſuā operatꝰ eſt deꝰ.
Secūdo ad vtilitatē hominis: debe
mꝰ ergo vti rebus ad dei gloriam:
ſcȝ ad hoc ꝙ deo placeamꝰ: ⁊ ad vti
litateȝ noſtrā ſcȝ ꝙ nō faciamꝰ cō
tra deū peccata. ſed oīa que ſūt vl'
habemꝰ in deuȝ referamus primo
palippomenon . xxix° . Tua ſūt oīa
et que accepimꝰ de manu tua dedi
mꝰ tibi . Quinto dirigimur ad co
gitationem dignitatis hūane: q2
deus omnia ꝓduxit ꝓpter hōīeȝ.
vn̄ ꝑs. Omnia ſubiecisti ſub pedibꝰ
eiꝰ . et homo eſt magis ſimilis deo
inter oīs creaturas poſt ang'los.
Unde de eo dixit. faciamꝰ hominē
ad ſimilitudineȝ nr̄aȝ. Hoc autem
nō dixit de celo : aut ſtellis . ſed de
hoīe quātum ad animā. Ex quo de
bemꝰ cōſiderare hominē digniore ȝ
omnibꝰ creaturis poſt angelos: et
nullomodo dignitateȝ noſtrā dimi
nuere propter peccata : nec ꝓpter
inordinatū appetitū reꝝ corporali
um: que viliores ſūt nobis: ⁊ ad ſer
uitiū noſtruȝ facte. ſed eo modo de
bemꝰ nos hēre: quo deꝰ fecit nos .
Deus auteȝ fecit hominē: vt domi
naret ⁊ preeſſȝ oībꝰ: que mouētur
in terra geneſ. i. ⁊ vt ipſi hoc ſube
ant deo ſoli. Dico ergo ꝙ debemus
dn̄are ⁊ ꝑeſſe rebꝰ: ⁊ ſubeſſe ⁊ obe
dire deo: ⁊ ſic patȝ que ſūt illa que
pertinent ad ꝑſonā patris. ¶ Sequi

duas ptes: qꝛ ꝑmo ponunꝰ illa que
ptinēt ad filii diuinitatē. ſcđo illa
ptinēt ad filii huāitatē. ibi q̄ ꝓpteꝛ
nos hōines ⁊c̄. ꝑmo g° q̄tū ad diui
nitatē dicit. et in unū dn̄m: Cōtra
dicētes: ꝙ xp̄s erat duplex pſona.
cū tn̄ Atha. dicat ſicut aīa ratōnal'
et caro unus eſt homo. ita deus et
homo unus eſt xp̄us. ¶Sequitur.
Dominum Cōtra illos qui dixerūt
xp̄m eſſe puruz hōinē. qꝛ dn̄atō ad
diuīitatē ptinet. Sequiꝰ Jeſū xp̄z:
cōtꝛa illos iudeos negātes eū ſalua
torē. Sequiꝰ filiū dei: cōtra illos q̄
dixerūt nō eū emanaſſe a pr̄e p mo
dū originis. Sequiꝰ vnigenitū. cō
tra Fōtinū q̄ dixit xp̄m nō eſſe fili
uz dei naturaliter et realiter: ſꝫ ſi
cut alii boni uiri q̄ ſūt filii dei p ad
optōez. Jtē cōtra manicheos q̄ po
ſuerūt pluꝛes filios in diuinis. Se
quiꝰ et ex pr̄e natū an̄ oīa ſcl'a cir
ca qđ notādū qđ dixit Fōtin9 xp̄m
nō fuiſſe an̄ v̄ginē Mariā. Jtē Ar
ri. dixit ꝙ nō fuit ex eterno. iđ cō
tra iſtos dr̄ hic. Et ex pr̄e natū an̄
oīa ſcl'a. Sequiꝰ deū de deo lumē de
lumine: cōtꝛa Fabelliū. q̄ dixit xp̄z
nō eē aliā pſona a pr̄e: ſꝫ ipm̄ pr̄em
īcaꝛnatū fuiſſe: et ſicut filiū ⁊ pr̄ez
fuiſſe: Cōtra quē dr̄ hic deū de deo
lumē de lumīe: cōſtat aūt ꝙ nichil
eſt a ſe ipō. Sed qꝛ poſſꝫ dici ꝙ filı9
eēt de9 ıactꝰ vl' de9 pticipatōe: ſicut
dr̄ in pſ. ego dixi dii eſtis. iđ addiꝰ
deū ueꝝ de deo uero. Jtē Arꝛia. di
xit xp̄m eē factū ſicut alie cꝛeature
iđ addiꝰ genitū nō factū. Jtē dixit
iſte heretic9 Arꝛi. ꝙ xp̄s nō fuit v
na nata: nec vna eēntia cū pr̄e. iđ
addiꝰ cōſubſtātialē pr̄i. i. vni9 ſub
ſtātie cū pr̄e: et ſicut p cōſequens
equalis patri. Sequitur per quem
omnia facta ſunt: Contra illos qui
poſuerunt ipſum non eſſe creatoꝛē
ſic eꝛgo patet ꝙ cꝛedeꝛe debemus:
ꝙ xp̄s eſt vnigenit9 et uer9 filius
dei: ⁊ ꝙ fuit cum patꝛe eteꝛnaliteꝛ
et ꝙ eſt alia pſona a pr̄e: et ꝙ eſt
vni9 nature eēntie et ſubſtātie cū
pr̄e ⁊ ſic pꝫ que ſūt illa que ptinēt
ad pſonā filii q̄tū ad diuinitatez.
ſꝫ quo° hoc ſit ꝙ v̄bū gignaꝰ a pr̄e
⁊ ſit idē cū pr̄e ad aliqualē declara
tiōem notādū. ꝙ diueꝛſa diuerſuz
modū generatōis hn̄t: geneꝛatō ei
diuīa alia ē a geneꝛatōe aliaꝝ reꝝ ſꝫ
nichilomi9 nō poſſū9 meli9 attigeꝛ
ad mođ geneꝛatōis dei: q̄ p mođ re
ptū geneꝛatōis ī cꝛeatuꝛis. iter oēs
cꝛeatuꝛas illō qō magis accedit ad ſi
militudinē dei ē aīa rōalis hoīs. mo
d9 aūt generatōis in aīa hōis eſt ꝙ
homo cognoſcit aliquid et cōcipit
in mēte et illō uocaꝰ cōceptō intel
lectus: et huiuſmōi cōceptō oriꝰ ex
aīa ſiue memoria ſicut ex pr̄e ⁊ vo
caꝰ v̄bū ītellect9 ſiue hōis. aīa ei co
gitādo generat v̄bū ſuū et ſicut fi
li9 in diuinis nichil aliud eſt q̄ ver
bū dei: nō ſicut v̄bū exteꝛi9 ꝓlatuz
qꝛ illud tꝛāſit. ſꝫ ſic v̄bū īteri9 con
ceptū et iđ v̄bū fili9 dei dr̄ vni9 na
tuꝛe cū deo ⁊ equalis deo. vn̄ ⁊ Jo
hā. de v̄bo dei loquēs tres hereſes
deſtꝛuxit ꝑmo hereſim Fōtini que
ſup̄i9 tacta eſt cū dixit. Jn ꝑncipio
erat v̄bū. Scđa Sabelii que etiā eſt
tacta. cū dixit et v̄bū erat apđ deū
Teꝛcio Arꝛi. cū dixit et de9 erat v̄
bū. ſed nota ꝙ v̄bū aliteꝛ eſt in no
bis: et aliter in deo. in nobis eſt v̄
bū nr̄m eſt accidēs. ſꝫ in deo v̄buz
dei idē eſt ꝙ ip̄e de9: cū nichil ſit in
deo ꝙ non ſit de9 et de eſſentia dei
nullus autem poteſt dicere quod de
us non habeat uerbum. quia tunc
contingeret deum eſſe inſipientē.
et ideo ſicut fuit ſemper deus. ita
fuit uerbū ſuū et ſicut artifex oīa
facit p ſciētia quā hꝫ in mēte quā
primo excogitauit quod eſt uerbū
eius: ita deus omnia facit uerbo
ſuo: ideo dicitur Johannis. i. Dia

B.R.L.O.R.Z.

ꝑ ipm̄ ſcȝ p ꝟbū. i. filiū facta ſūt.
¶Sequiť q ꝓpter nos hoīes ⁊ ꝓpter
nr̄am ſalutez deſcēdit de celis. ubi
ponunť ꝑtinētia ad filii dei huma
nitatē: ubi quīqȝ declarātur. Pri
mo īcarnatō: ibi cū dr̄. q ꝓpter nos
⁊c̄. Scōo paſſio ibi crucifixꝰ. Tercio
reſurrectio ibi et reſurrexit tercia
die. Quarto aſcēſio. ibi aſcēdit. quī
to aduētꝰ ad iudiciū ⁊ cōis decepta
tio ibi. iteꝝ uēturꝰ eſt. Primo gͦ
agit de īcarnatōe ubi quatuor tan
git cōcurrētia ad īcarnatōȝ. primo
cauſā finalē et hāc duplicē ſcȝ nos
⁊ noſtrā ſalutē iō dicit q ꝓpter nos
hōines ⁊ ꝓpter noſtrā ſalutē. Scōo
ponit modū ⁊ formā cōueniētē: cū
dicit de celis. Tercio ponit cauſā ef
ficiētē: cū dicit īcarnatꝰ eſt de ſpū
ſācto. Quarto cauſā materialē. cū
dicit ex Maria uirgine. Sequiť et
homo factꝰ eſt: ſuple nō cōfuſionē
ſubſtācie aut trāſmutatōm. ſȝ hu
manitatē aſſumēdo ad vnitatē pſo
ne. ⁊ iō oȝ credere nō ſolū xp̄m eſſe
filiū dei: imo etiā eiꝰ īcarnatōȝ. vn̄
Jo. ca. i. poſtꝙ dixerat de ꝟbo dei
mlťa ſubtilia ⁊ ardua: cōueniēter
īſinuat nobis eiꝰ īcarnatōe dicēs.
Et ꝟbū caro factū eſt: et ut de hoc
aliquid cape poſſimꝰ duo exēpla in
medio ponā. cōſtat eī et iā dictū eſt
ꝙ in filio dei nichil īueniť ita ſimi
le in creatis ſicut ꝟbū in corde nr̄o
cōceptū nō ꝓlatū. moͦ certū eſt ꝙ
nullꝰ cognoſcit ꝟbū ꝙdiu eſt in cor
de hōinis niſi ille q cōcipit. ſȝ tūc
ꝓmo cognoſciť cū exteriꝰ ꝓfeꝛť: ſic
ꝟbū dei an̄ īcarnatōȝ erat in corde
pr̄is et non cognoſcebať niſi a pr̄e
tm̄. Sed ꝓlatū exteriꝰ in carne tūc
fecit plus ꝓ nobis ꝗ̄ nos intellige
re valeamꝰ: nõ tamẽ eſt intelligẽ
dum: ꝙ criſtus ſit fuit mortuꝰ: ꝙ
diuinitas ſit mortua: nec criſtꝰ ut
deus ſed ut homo: ꝙ aliquomodo
patet ꝑ exemplᷣm. qꝛ conſtat ꝙ cũ
homo moritᷣ in ſepatione corporis
et anime: nõ moritᷣ aĩa ſed ipſum
corpus: ſic etiã in xp̄o: nõ eſt mor
tua diuinitas ſed natura humana.
Sed tũc arguitᷣ ꝙ ſi diuinitas non
eſt mortua. ſed ſolum natura hũa
na: ergo iudei nõ plus peccauerũt
eum occidẽdo ꝗ̄ vnũ aliũ hoĩ̄nẽ.
Sed dicẽdum ꝙ quia ſi aliquis rex
eſſet indutꝰ vna pulcra veſte: ſi q̇s
inquinaret illam ueſtem: tantum
reatum incurreret: ac ſi ipſũ regẽ
inquinaſſet. Judei autẽ licꝫ ipſuꝫ
deũ nõ poſſent interficere. tamen
naturam humanam xp̄o coniũctã
occidentes: tantũ puniti ſunt ac ſi
ipſam diuinitatẽ occidiſſent. Jteꝫ
dictum eſt ſupra: ꝙ filiꝰ dei eſt uer
bum eius. videmꝰ autẽ ꝙ ſi v̄bum
regis in carta eſſet ſcriptũ: et aliq̇s
cartã ipſam dilaniaret: tantũ eſſet
reus ac ſi verbũ regis dilaniaſſet.
ideo pro tanto habetᷣ peccatũ iude
orum: ac ſi uerbũ dei occidiſſent.
Sequitᷣ in ſimbolo apoſtoloꝝ. deſcẽ
dit ad inferos. ideo circa hec mł̄ta
querũtᷣ. Primo uerũ infernus ſit
ſub terra. iiᵒ. utrũ infernꝰ et pur
gatoriũ ſint idẽ. iiiᵒ. utrũ infernꝰ
et limbꝰ ſint idem. iiiiᵒ. item utrũ
limbꝰ ⁊ ſinꝰ abrahe ſint idẽ. quito
vtꝝ limbꝰ patrũ ⁊ pueroꝝ ſint idẽ.
ſexto de ſufficiẽtia quinqꝫ recepta

UNIVERSIDAD Y PROV
BIBLIOTECA
ZARAGOZA

culoꝝ et multa alia dicentur ⁊ que rētur. Quātū ad pmū de inferno dicendū: vtrū infernꝰ ſit ſub terra ꝙ nullus homo ſcit ſi eſt ſub terra ſecundū ꝙ dicit Auguſtinus. Niſi cui ſpiritus diuinus voluerit reuelare. Iſidorus enim videt̄ ſēſiſſe ꝙ ſit ſupra ſuperficiem terre ex parte oppoſita nobis. Pictagoras vero poſuit infernū locū penarū in ſpera ignis. quam dixit eſſe in medio tocius orbis. Alii eſtimāt infernū eſſe ſub terra. et hanc oppinionem probabiliorem eſſe Grego. oſtendit in. iiii°. dialogorū duplr̄. Primo ex nominis ratiōe: ut infernus dicitur quaſi inferiꝰ iacens. Secūdo ex hoc ꝙ dicit̄ apocha. v°. Nemo poterat neq3 in celo neq3 in terra neq3 ſubtus terram aperire librū. vt hoc ꝙ dicit̄ in celo referatur ad angelos: ꝙ dicitur in terra referat̄ ad homines viuentes in corpore: hoc ꝙ dicit̄ neq3 ſubtus terram referat̄ ad aīas exiſtētes in inferno. Augꝰ. etiā xii. ſup gene. ad litterā hoc idem ſētit: duas rōnes congruitatis aſſignando. Quantū ad ſecūdum de inferno ⁊ purgatorio utrū ſint. idem Dicendū ꝙ aliq̄ dicunt ꝙ purgatoriū ſecundum legem cōmunē eſt vbi homo peccat: ſed hoc nō videt̄ eſſe verū: quia homo ſimul puniri poteſt ꝓ peccatis que in diuerſis locis cōmiſit. Aliqui dicunt ꝙ puniūt̄ ſupra nos: q2 ſunt medii inter nos et celū et ibi puniūt̄ anime hominū: eo q2 ſunt medii inter nos et celum quantū ad ſtatū. ſed hoc nichil eſt quia nō puniunt̄ pro eo ꝙ ſupra nos ſunt: ſed pro eo qd̄ eſt infimū ī eis ſc3 peccatū. Ideo cōiter dicit̄: ꝙ locus purgatorii eſt duplex. vnꝰ ſecūdū legē cōmunē: et ſic locus purgatorii eſt locus inferior inferno coniūctus: ita ꝙ idē ignis ſit qui damnatos cruciat in inferno: et qui iuſtos purgat ī purgatorio. ſed locꝰ inferni eſt īferiꝰ. Alius eſt locꝰ purgatorii ſecundū diſpenſationē diuinā. et ſic quādo q3 aliqui in multis locis puniri legunt̄: ⁊ hoc vl̄ ad viuorū īſtructō3 vel ad mortuorū ſubiectionem: ut dum viuētibꝰ eoꝝ pena innoteſcit per ſuffragia eccleſie mitigaret et ſic patet ꝙ nō ſūt idem. Quantū ad tercium: vtrū infernꝰ ⁊ limbus ſint idem: dicendū ꝙ receptacula animarū poſt mortem dupliciter diſtingunt̄. vnom° ſecūdū ſitum. Aliom° ſecundū locorū qualitates Si ergo loquamur pmom° ſc3 quātum ad ſitum ſic probabile eſt: ꝙ idem locus uel quaſi continuus ſit infernꝰ ⁊ limbꝰ: ita ꝙ ſuperior inferni limbꝰ dicat̄. ſed ſi loquamur uel conſideremus ſcōm locorum qualitatē: ſic nō eſt dubiū ꝙ diſtingunt̄. tamē q2 in inferno eſt pena ſenſibilis que nō erat in limbo patrū: tamē etiā quia in inferno eſt pena eterna. ſed in limbo patrum detinebant̄ ſancti temporaliter tātum ¶ Quantū ad quartū: vtrū limbus patrū ⁊ pueroꝝ ſint idem. dicēdum abſq3 dubio ꝙ ſecūdū qualitate3 premii vl̄ pene differūt: q2 pueris nō adeſt ſpes vite beate que patribus aderat in limbo: in quibꝰ lumē fidei ⁊ gratie refulgebat. ſed quātum ad ſitum ꝓbabiliter dicit̄: ꝙ eſt idem locus niſi pro limbo patrum qui eſt ſuperior ¶ Quātum ad quītū vtrū limbꝰ et ſinꝰ Abrahe ſint idem. Dicēdum ꝙ ante criſti aduētū ide3 erant. ſed dicebat̄ ſinꝰ Abrahe: ideſt requies in quātū habebāt īmūitatē pene: ſed limbꝰ in quātū deerat eis requies eterna ⁊ viſio dei. ſed poſt xp̄i aduētū diuiſa ſūt, q2 nūc requies ſāctorū ī viſiōe

beata ſinus Abrahe dicitur. Non enim poſſumꝰ ſaluari niſi per fidē quia accedentem oportet credere: ad ebre. pmo. Primū autē exemplū credendū hominibꝰ in Abrahā dat: qui pmus ſe a cetu infideliū ſegregauit: ⁊ ſpūaliter ſignū fidei accepit. Et ideo requies que hominibꝰ poſt mortē dicit: ſinꝰ abrahe appellat. ¶ Quantū ad ſextum ſcꝫ receptaculoꝝ diſtinctionē animaꝝ poſt mortē. Sciēdū eſt ꝙ eoꝝ ſufficientia ſic habet. quia anima poſt mortem uel eſt in ſtatu recipiendi finalem retributionem uel eſt in ſtatu in quo impedit ab illa: ſi eſt in ſtatu recipiendi finalē retributionē: hoc dupliciter: uel quantū ad bonum: et ſic eſt paradiſus: uel quantū ad malū. ⁊ ſic eſt infernꝰ: rōne culpe actualis: uel limbꝰ puerorū: rōne culpe orginalis peccati. Si uero eſt in ſtatu in quo impeditur a finali retributiōe cōſequēda: vel hoc eſt propter defectū pſone: et ſic eſt purgatorium: in quo aie detinētur: ne ſtatim habeant padiſum pter peccata que cōmiſerūt: vel propter defectum nature: et ſic eſt limbus patrū in quo pter reatum hūane nature que nōdū poterat expirari: detinebant ſancti patres cū ſpe a conſecutione glorie: ſancti pres autem cū ſpe: ſed pueri incircunciſi ſine ſpe ⁊c. Septimo his viſis querit utrū xps ad infernū deſcenderit damnatoꝝ. Et dicēdum ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. vnomº ſecundū effectum: ⁊ ſic deſcēdit in infernū damnatoꝝ eos de ſua prauitate redarguēdos ⁊ in credulitate. Item ad purgatoriū eis ſpem glie indicēdo: et in limbo eos liberando. Aliomº poteſt intelligi ipſū deſcendiſſe ſecundū eccleſiam. et iſtomº non deſcendit niſi ad limbum patrum: et ibi manſit ¶ Octauo querit utrū ibi morā contraxerit. Et videt ꝙ nō: quia dicit eos ſtatī liberaſſe: vnde dixit. Conſumatū eſt ⁊c. Item dixit latroni hodie mecum eris in paradiſo. Et dicendū ꝙ quādiu fuit in ſepulcro corpꝰ: tamdiu fuit aīma in limbo. Ad pmū ergo argmentū: quando dicit cōſumatū eſt. Dicendū ꝙ uerū eſt quātū ad cauſam ſufficientē. vel etiā quātū ad ablaciōē reatꝰ: ſed nō quantū ad locum. Ad ſecundū dicendū: ꝙ eſſe in paradiſo poteſt intelligi dupliciter. vnomº quantū ad locum: et iſto modo nō fuit. Aliomº quātū ad pmiū ſcꝫ viſionē dei: et iſto modo fuit in paradiſo. Nā ſtatim ſicut aīa ipſiꝰ latronis fuit exuta a corpore vidit eſſentiā diuinā et fruebat ea ¶ Nono queritur vtrū omnes qui erant in purgatorio liberauit. Et dicendum ꝙ nō: qꝛ paſſio xpi nō habuit vtutem tranſitoriā: ſed permanētē et eternam. Et ideo ſicut nūc liberat eos quos inuenit debitū ſoluiſſe: ⁊ penitentiā cōpleuiſſe: alios autē nō: ita etiā tūc liberauit quos inuenit penitentiam ſuſtinuiſſe debitam.

¶ Decimo querit vtrū ignis inferni ſit corporeꝰ. Et dicēdū ꝙ ignis ille corporeus eſt: qꝛ pena non pōt corporibus conuenienter adaptare niſi corporea. Dn̄ Grego. in quarº dialogoꝝ ex hoc ipſo probat inferni ignē eſſe corporeum: quia reprobi poſt reſurrectionē in eū detrudēt. Augꝰ. eni manifeſte cōfitet ignē illū vbi corpora damnatoꝝ cruciabunt corporeū eſſe ¶ Vndecimº queritur vtrū ignis inferni ſit eiuſdē ſpeciei cū iſto: diſtingue. quia aut intelligit quantū ad formā: et ſic nō eſt dubiū quin ſit eiuſdē ſpeciei cū iſto: licꝫ ille intenſius agat: aut

quantũ ad materiam et ſic poteſt differre: quia utrum ſit impropria materia uel alia neſcit̃. aut quãtũ ad ꝓprietatẽ accidentalẽ aliquas ⁊ ſic etiam differt: quia nõ indiget fomento aut ſufflatione ſicut iſte ignis: agit etiã fortius ꝙ̃ iſte. qr ignis inferni reſpectu nr̃i ignis ſic eſt in actiõe; ſicut ignis iſte noſter reſpectu ignis picti ⁊ ſic patz reſpõſio queſtionis Duodecimo querit̃ utruz damnati de inferno poſſint exire. dicendũ ꝙ aliquãdo exire de inferno vl' paradiſo poteſt intelligi dupliciter. vnomo ꝙ exeat ſimpliciter: ut iam locus eius nõ ſit infernus uel paradiſ9: et iſtomodo non poſſunt exire illi: qui ſũt finaliter in inferno deputati. Aliomo poteſt intelligi exire ad tempus: et tunc aut ꝗ̃rit̃ ſecũdũ curſũ naturalez et propriã voluntatẽ: et ſic nõ exeunt. qr anime ſeparate a conuerſatione viuentiũ: penit9 ſegregant̃. Aut ſecundũ ꝓuidentiã diuinã et diſpoſitionẽ dei: et ſic aliquãdo aĩe ſeparate a conſpectib9 hominũ preſentãt̃. ſicut Aug9. narrat in libro de cura pro mortuis agenda. de felice martire qui ciuibus volanis apparuit viſibiliter: cũ a barbaris expugnarent̃ hoc etiã credi poteſt de damnatis ꝙ exeant et appareant. Aliquando ad eruditionẽ hominũ et terrorẽ: aut ad ſuffragia petẽda quantũ ad illos: qui ſunt in purgatorio vt patet in libro dialogorum

¶ Sequit̃ Et reſurrexit tercia die. hic querit̃ vtrũ corp9 xp̃i integrũ reſurrexit. Et videt̃ ꝙ nõ. qr ſanguis xp̃i in quibuſdã locis pro reliquiis ſeruat̃. Certuz eſt aũt ꝙ ſanguis xp̃i eſt de integritate corpis ergo ⁊c̃. Itez prepuciũ xp̃i ꝙ ſibi abſciſum fuit in circũſciſione ſuat̃ rome: ſed illud eſt de integritate corpis ei9 ergo ⁊c̃. Reſpõdeo dicendũ ꝙ quidq̇d ptinet ad integritatẽ corporis xp̃i reſurrexit: et per conſequẽs integrũ ſine diminutiõe. Ad p̃mũ argumẽtũ quãdo dicit̃ de ſanguine. Dicẽdũ ꝙ ille ſanguis qui cõſeruat̃: nõ fluxit de ei9 corpore: ſed de quadã ymagine ei9 miraculoſe cõtra iudeos: ſicut inuenies in legẽda de exaltatiõe ſãcte crucis Vel dicẽdũ: ꝙ ſi aliqua gutta ſanguinis xp̃i habeat̃ que ĩ flagellatione effluxit et ſeruat̃: ad huc in reliquiis. nõ ꝓpter hoc ſequit̃ ꝙ corpus ei9 nõ ſurrexit integrũ. qr tot9 ſanguis non eſt de integritate corporis. ſed ille qui eſt neceſſari9 ad cõſeruãdũ ſpiritũ vitalem in corde et in epate: ⁊ in venis. Itẽ dico ꝙ ſecũdũ argumentũ de preputio: ꝙ nõ eſt de eſſentia integritatis corporis vel ſi ſit: ſed alios tunc illud honore miracl'oſe. Secũdo querit̃ vtrũ cũ cicatricib9 reſurrexit. dicẽdum ꝙ ſic quadruplici rõne: p̃mo ꝓpter gloriã ipſi9 xp̃i. dicit enim Beda ſup Lucã. ꝙ nõ ex impotẽcia curandi cicatrices ſeruauit. ſed vt in perpetuũ victorie ſue certuz facit triũphũ. Scd̃o ad cõfirmãdũ corda diſcipl'oꝝ circa fidẽ reſurrectionis. Ter9 vt patri ꝓ nobis ſupplicans quale gen9 paſſiõis pro nobis ptulerit ſẽp oſtẽdat. Quar9 ut ſua morte redẽptio quã miſericorditer ſint adiuti ꝓpoſitis eiuſdẽ mortis iudiciis inſinuet et in iudicio quã iuſte mali damnãt̃ anũciet ¶ Seq̃t̃ Et aſcẽdit in celũ. hic querit̃ pri9 vtrũ aſcẽdit ſuper celos: et videt̃ ꝙ nõ. qr ſup celos om̃s nõ eſt locus ſecũdũ Jo. ſed corp9 xp̃i nõ poteſt eſſe ſine loco ⁊c̃. Item ſi corp9 xp̃i aſcẽderet ſuper om̃s celos tunc de neceſſitatem oporteret aut corpus celeſte cedere: aut ſcindi quorum

vtrūq; eſt impoſſibile. Dicendū ꝙ credere debemus ꝙ criſtus aſcē dit ſuper omnes celos. et rō eſt qꝛ quāto aliqua corpa pfectius ptici pāt bonitatē diuinā: tanto ſunt ſuperiora naturali ordine: qui eſt ordo localis. Vnde uidemus. quod corpora que ſunt magis formalia ſunt magis naturaliter ſuperio ra. ut patet p philoſophum quar to phiſicorum. et in ſecūdo de celo et mundo et per formam enim v num quodq; corpus participat di uinum eſſe. ut patet primo philo ſophorum. Plus autem participat de diuina bonitate corpus per glo riam quam quodcumq; corp9 na turale per formam ſiue naturam Et inter cetera corpora manifeſ tum eſt quod corpus criſti fulget maiori gloria. ideo conuenientiſſi mū eſt ſibi quod ſit ſuper omnia corpora conſtitutum in alto. un de ſuper iſto verbo aſcendens cri ſtus in altum ad epheſios. inadi cit gloſa loco et dignitate. id Pſal miſta. Aſcendit ſuper celum celo rum ad orientem. Ad argumen tum primum dicendum quod lo cus habet ratione continecie. un de primum continens habet rati onē primi loci etc. quod eſt pmū celum. in tantum ergo corpora indigent eſſe in loco in quē per ſe indigent contineri a corpore cele ſti. Corpora autem glorioſa et maxime corpus chriſti: non indi gent continentia celi: quia nichil recipiunt a celeſtibus corporibus ſed a deo mediante anima: unde nichil prohibet corpus chriſti eſſe extra continentiam corporum ce leſtium et non eſſe in loco conti nenti: nec tamen oportet prop ter hoc quod extra celum ſit vacu um: quia non eſt ibi locus nec po tentia ſuſceptiua alicuius corpo ris: ſed eſt in chriſto ponentia il luc perueniēdi: quod autem Ariſto teles probat: ꝙ extra celum non eſt corpus. Intelligendum eſt de corporibus in ſolis naturalib9 conſtitutis. ut per probatōnes ei9 patet. Ad argumentum dicendū quod non oportet celum diuidi. quia deus per miraculum poteſt facere quod duo corpora ſint in e odem loco: ſicut fecit quod corp9 criſti clauſo virginis utero exiuit et intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis ſicut dicit beatus Gregori us corpori ergo criſti conuenit eē cum alio corpore in eodē loco nō ex proprietate corporis ſed per uirtutem diuinam. et ſic patet ad queſtionem ¶ Sequitur Et itnū uenturus eſt cum gloria iudicare uiuos et mortuos. hic queruntur multa. Primo vtrum generale iudicium ſit futurum: ubi tria fi ent. Primo propoſitum oſtende tur. Secundo ſi erit uocale iudici um inquiretur. Tercio de tempo re et loco agetur. Quantum ad primum tenendum eſt: quod ge nerale iudicium eſt futurum ſed hoc magis: quia dicitur propter auctoritatem ſacre ſcipte quia dr Johānis .vi. pcedēt qui mala fe cerunt in reſurrectōe iudicii: ꝗ vo bona fecerunt in reſurrectionē vi te quā propter aliquā rationē ni chilominus hoc poteſt adhuc ali qua ratōe perſuaderi: et ratio eſt iſta. Nam congruum eſt facere finalem ſeparationem bonorum a malis: ſed hoc fiet in iudicio fi nali et generali. ergo etc. minor

patet: ſed probo maiorem. Nam ſecundum Auguſtinum ratio quare mali permittuntur eſſe cuȝ bonis eſt: vt vel mali p exépla bonorum conuertantur: uł vt boni in operibus paſcientie et aliorꝫ virtutum exerceant per ea que hént pati a malis et mereanť: ſed poſt iudiciuȝ non erit tempus conuerſionis maloruȝ: quia iam non poterunt conuerti nec tempus exercitationis iuſtorum. que iam nō habebunt comunioneȝ nec amplius poterunt mereri: ergo congruum eſt ut ſeparentur adinuicem quod fiet per iudicium generale ergo iudicium erit. Quantuȝ ad ſecūdum ſcilicet. utrum ſit vocale iudicium: eſt duplex opinio. Vna eſt ꝙ dicit quod totum iudicium fiet mentaliter et non vocaliter: rationem aſſignant. quia ſēntentia debȝ reſpondere teſtimoniis ex quibus proceditur ad ſentētiandū. ſȝ teſtimonia ⁊ acuſatões malorum ⁊ excuſationes bonorū erunt mentalia ſm illud. Johānis. ii. Teſtimoniū reddétes ſimꝉ conſcientia ipſorum: et inter ſe inuicem cogitationum acuſantiū aut defendentium in die quo iudicabit deus occulta cordiuȝ ergo ſētentia et totū quod fiet in iudicio fiet mentaliter. et ſic diſcuſſio et ſententia erit mentalis. Alia opinio eſt communior que dicit ꝙ licet diſcuſſio meritorum et demeritorum fiat tantuȝ mentaliter ſicut expreſſe dicit Auguſtinus. xii. De ciuitate dei in ſententia profetetur vocaliter quod ſic probatur Nam criſtꝰ iudicabit ſm omnes doctores dupliciter ſcȝ vt deꝰ: ⁊ ut homo: ꝑpter qō iudiciū eius fiet modo diuino et hūano. fiet aūt diuino moº per hoc ꝙ merita et demerita uniꝰ cuiuſqȝ ad memoriā imperceptibiliter reducenť: et ſic diſcuſſio eorum eſſet mētalis: ſed fiet modo hūano cū protulerit ſētentiā uocaliter dicet. Venite bñdicti patris mei ⁊c̄. Quātū ad bonos eſſet. Jte maledicti in ignem eternuȝ: quantum ad malos. ut habetur Matei. xxiiii. ergo utroqȝ modo fiet iudiciuȝ ſed mentaliter ⁊ uocaliter. Jtem ſententia debȝ coaptari hiis contra quos fieret ⁊ proffertur ſed tunc in iudicio generali profertur ſententia contra animas et corpora: ergo debȝ fieri parti ſpiritualiter et partim corporaliter quod fiet ſi diſcuſſio meritorum ſit mentalis: quia alias requireretur longiſſimū tempꝰ et ſentencia ſit vocalis que in modico tempore fieri poterit: et hec opinio eſt uerior. Quantum ad tempus ſcilicet iudicii quando erit dicendum quod non eſt notū alicui de tempore tamen hoc etiā criſtus diſcipulis ſuis negauerit. quando ipſis querentibus de finali aduentu ſuo ad iudicium dixit actuum. i. non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Jtem xp̄s dixit Mate. xxiiii. de die illa ⁊ hora nemo ſcit nec angeli celorum Ratio aūt quare xp̄s noluit reuelare poteſt eſſe. qꝛ illud qō recipit immutationem totius uniuerſi debet ſoli deo eſſe notum qui uniuerꝭ p̄eſt. ſed finis mundi eſt huiuſmodi gº ⁊c̄. Quantū ad locum comūeȝ tenȝ iudicii cōmuniter ꝙ

criſtus deſcendit ſupra uallem io ſaphat que inter montem ſpon et montem oliueti poſita non qui dem uſqz ad terram ſed uſqz ad lo cū ubi apoſtoli perdiderunt aſpec tum eius quando aſcendit in celū et nubes ſuſcepit eum et amplius non uiderunt ibi debet ſtare ad iu dicandum. Secūdo queritur utrū omnes: bona et mala cognoſcāt. Ubi primo uidebitur utrum qui libet uideat omnia bona et mala propria que in iſto mundo fecit. Et dicendum ꝙ ſic: quod patet ratione et auctoritate. Ratio au tem eſt quia ſicut ſe habet huma num iudicium ad teſtimoniuz ex terius: ita ſe habet diuinum iudi cium ad teſtimonium interioris conſcientie. ſed in iudicio huma no ſi rite debz proferri ſententia oportz quod teſtes omnia cognoſ cant de quibus eſt ſentētiandū et iudicādū ſentencialiter ſiue ad ab ſolutionem ſiue ad condempnatio nem ergo in iudicio diuino quod erit perfectiſſimum et in quo nul lus poterit eſſe error oportebit ꝙ conſcientie ſingulorum que tene bunt locum teſtium cognoſcant omnia pro quibus profertur ſenté tia ſiue iudicium abſolutionis q° ad bonos: uel condempnationis q° ad malos ſed omnia iſta erunt merita uel demerita. ergo unuſ quiſqz uidebit om̄ia bona et mala ꝓpria que fecit. Ad idez eſt aucto ritas euangelii. Matei. iiii°. ubi dicitur quod de omni uerbo ocioſo qđ locuti fuerint homines reddét rationem in die iudicii ſed illud eſt nimium peccatum. ergo a for tiori ratione reddetur ratio de om nibus aliis maioribus ſed non po teſt reddi rō de his niſi talia cog noſcerentur. ergo etc. Cuiuſmodi autez erit hec cognitio. Dicendū quod erit per uirtutem et reuela tionem diuinam qr etiam malis angelis multa per bonos reuelat. Secundo queritur: utrum omni uz aliorum mala quilibet uideat. Et dicendum quod de hoc eſt du plex oppinio. una que dicit quod omnia merita et de merita cu iuſlibet cognoſcet et hoc probant ſic. quia ad perfectionem boni iudicis et boni iudicii pertinet ꝙ illud qđ fit maxime appeat omni bus eſſe iuſtum. quod tunc ibi nō fieret niſi omnes uidiſſent et cog nouiſſent cauſam condempnatio nis malorum et remunerationis bonorū que quidem cauſa erit me rita et demerita ſingulorum. er go oportebit quod omnes omnia bona et mala aliorum uideant. A lia oppinio eſt que dicit quod non oportet ad hoc ꝙ appareat ſenten tia iudicis eſſe iuſta quod quilibet cognoſcat ſingillatiz merita et de merita aliorum ſed ſufficit quod cognoſcat illos q̇ erunt a dextris eſſe bonos et iuſtos quibus dicetur uenite benedicti patris mei perci pite regnum etc. illos autem qui erunt a ſiniſtris cognoſcant eſſe malos et iniuſtos quibus dicetur ite maledicti in ignem eternū etc. nec eſt aliqua autoritas exp̄ſſe di cens ꝙ peccata illoꝝ fiāt nota om nibus aliis in ſpeciali. que autez iſtarum opinionū ſit uerior nul lꝰ ſcit niſi deꝰ utrumqz tñ eſt po ſibile. Tercio queritur utrum criſtus iudicet in forma huma na ubi tria uidebuntur. Primo propoſitum: ad quod dicēdum ꝙ ſic triplici ratione. Prima ratio eſt. quia neceſſarium eſt iudicez uideri: deus autem in q̄ntum deus

eſt et ut deus eſt ita delectabilis ē
ad videndum: ꝙ ſine gaudio videri
nō poteſt: ꝙ malis non competit
ideo in forma hominis iudicabit:
ideo dicitur Johānis. vi. Dedit ei
pater ſcilicet filio poteſtatem iu
dicium facere: quia filius homi
nis eſt. Secunda ratio eſt: quia
ipſe criſtus meruit hoc officium
inq̄ꝛtum homo: quia ſcōm hoc ꝙ
homo fuit iniuſte iudicatus prop
ter quod deus fecit eum iudicem
totius mundi. Jdeo dicitur Job
.xxxvi°. Cauſa tua quaſi impii iu
dicata eſt. Tercia ratio eſt: ut ho
mines non deſperent: ſi enim ſo
lus deus in forma diuina iudica
ret homines territi deſperarent.
Jdeo dicitur Mathei. xxv. Vide
bunt filium hominis uenientem
in nube cum poteſtate magna et
maieſtate. ⁊ hoc quantum ad pri
mam queſtionem Secundo que
ritur utrum iudicet in forma glo
rioſa: et dicendum ꝙ ſic. Et ratio
eſt. Quia in illa forma iudicabit
et veniet ad iudiciū in qua aſcen
dit in celum: quod patet actuum
.i°. vbi legitur: ꝙ angeli dixerūt
apoſtolis. hic Jheſus qui aſſump
tus eſt a vobis in celum: ſic ueni
et quemadmodum vidiſtis eum
aſcendentem in celum. ſed criſtꝰ
aſcendit in celum cum humanita
te glorioſa glorioſum corpus ha
bens cum iam reſurrexiſſet g° ⁊c̄
Jtem iudex nō debet eſſe deterio
ris conditionis q̄ꝙ iudicandi: ſed
multi iudicandi erunt glorificati
ſcōm corpus ſcilicet omnes boni:
ergo multo magis criſtus: et hoc
eſt quod dicitur Luce. xii. Vide
bitis filium hominis uenientem
in nubibus celi cū poteſtate mag
na et maieſtate. ſed maieſtas et
poteſtas ad gloriam videntur per

tinere. ergo in forma glorioſa iu
dicabit. Tercio queritur utrum
ſolus criſtus iudicet. Et dicen
dum ꝙ iudicare poteſt competere
alicui multipliciter. Vno modo
per modum primarie auctoritatis
et ſic iudicare ſoli conuenit trini
tati. Secundo modo per modum
primarie delegatiōis et ſic compe
tit ſoli criſto ſcōm humanitatem
Tercio modo per modum acceſſo
rie dignitatis ⁊ ſic iudicabūt apo
ſtoli et ſancti perfecti et eorū imi
tatores. Quarto modo per modū
approbatōis: ⁊ ſic iudicabūt om̄s
ſancti. Jdeo dicitur ſapientie. iii.
Judicabunt omnes ſancti natōes
Quinto modo per modum com
parationis: et ſic minus mali di
cuntur iudicare: et iudicabunt
magis malos inq̄ꝛtū ſcilicet eorū
comparatione magis condēpnan
di apparebunt. et ſic dicitur Ma
thei. xii. Viri niniuite ſurgent
in iudicio cum generatione hac
⁊ condempnabunt eam. ¶ Sequi
tur Confiteor unum babtiſma in
remiſſionem peccatorum. hic que
runtur duo. Primum: utrum
babtiſmus remittat omnem cul
pam et penam. Et dicendum ꝙ
paruuli in babtiſmo iuſtificantur
ab originali peccato ⁊ hoc per paſ
ſionem criſti et fidem eccleſie: et
infunduntur eis uirtutes theolo
gales ⁊ cardinales habitualiter: li
cet non uigeant in vſu propter
imperfectionem potentie ſiue na
ture. Adultis autem fit remiſſio
omnium peccatorum tam origi
nalis q̄ꝙ actualis mortalis ⁊ uenia
lis: et etiam totius pene que debe
tur pccīs: quia ſecundum Ambro
ſium gratia dei in babtiſmo non
requirit gemituꝫ neqꝫ planctum
ſed omnia gratis condonat nec re

quiritur aliqua penitentia de ne
ceſſitate. ſed ſufficit contritio que
tollit omnem indiſpoſitionem:
ſcilicet propoſitum peccandi et ꝙ
malum ei diſpliceat. Secundo que
ritur utrum tollat omnem irregu
laritatem. Et dicendum ſecundũ
Baſilium: ꝙ in babtiſmo deletur
omnis irregularitas quaꝫ quis ex
peccato proprio contraxit: etiam
homicidii. Sed illam quam ſine
peccato contraxerit non tollit bap
tiſmus: quia babtiſmus nõ tollit
niſi peccata et ſequelas peccatorũ
pro eo facit: diſtinctioné. xxvi. ca.
Demum. et. ca. Una. Sed omnes
alii doctores dicunt: ꝙ ſi quis con
traxit irregularitatem ante baptiſ
mum cum peccato vel ſine peccato
non impeditur poſt et pro eis facit
diſtinctõꝫ. i°. c. Si quis et. diſtinc
tione. v. ca. Aliquantos. et hoc te
net etiam et cõcordat Innocentius
in gloſa ſuper eodem capitulo ex
tra eodem. Sed ſecundum gloſam
irregularitas bigamine non tolli
quantum ad ordines ſacras ſuſcipi
endas. Et ratio eſt propter defec
tum ſacramenti: ſed alio bene et
ſic patet ad totam queſtionem.

¶ Sequitur: et expecto reſurrectio
onem mortuorum. Hic queruntur
multa. Primo utrum idem cor
pus numero reſurgat. Et dicendũ
ꝙ ſic. Alias ueritati reſurrectionis
preiudicaret quem ſacra ſcriptura
profitetur. non enim reſurrectio
dici poteſt niſi anima ad idem cor
pus redeat; quia reſurrectio eſt ite
rata ſurrectio eiuſdem autem eſt
cadere et ſurgere. Unde ille dici
tur ſurgere qui cecidit. ideo reſur
rectio magis reſpicit corpus quod
per mortem cecidit ꝙ animam:
que poſt mortem uiuit. Et ita ſi
non eſt idem corpus ꝙ anima reſu

mit non dicetur reſurrectio ſed ma
magis noui corporis aſſumptio
quod eſt falſum oportet ergo ꝙ idẽ
corpus reſurgat numero. Secundo
queritur: utrum omnia membra
reſurgant et uidetur ꝙ non: quia
nullum membrum debet eſſe fru
ſtra: ſed ex tunc genitalia non ha
bunt aliquam operationem: quia
ibi neqꝫ nubent neqꝫ nubentur:
ſed erunt homines ſicut angeli ut
dicit euangelium ergo genitalia
non reſurgẽt. Item nec inteſtina
reſurgent probo, quia aut plena
aut uacua non plena quia ſi ſic ha
berent immundicias quod eſt ab
ſurdum dicere. non uacua: quia ſe
cũdum Ariſtotelem nõ eſt dare ua
cuum in natura ergo nõ reſurgẽt
Dicendum ꝙ omnia membra cor
poris humani reſurgent. Ratio
quia cum reſurrectio fiat ad ſtatuꝫ
meliorem et perfectiorem oportet
ꝙ corpus perfectiſſime completum
reſurgat et hoc eſt credendum. Ad
argumentum ergo primum dicen
dum ꝙ membrum poteſt dupli
ter conſiderari vnomodo ſcõm con
parationem ad animam Aliomodo
ſcõm habitudinem inſtrumẽti ad
gentem. Si ergo membrum acci
piatur ſcõm primam comparatio
nem finis eius nõ eſt operatio: ſed
magis eſſe perfectum ſpeciei quod
etiam poſt reſurrectionem requiri
tur. Si autem accipiatur ſcõm ſe
cundam comparationem ſic finis
eius eſt operatio: nec tamen ſequi
tur ꝙ qño deficit operatio mẽbri:
fruſtra ſit membrum ſiue inſtru
mentum: quia inſtrumentum nõ
ſolum ſeruit ad exequendum ope
rationem agentis ſed ad oſtenden
dum ueritatemeius. Unde opor
tebit quod uirtus potentiarum
animę in inſtrumentis corporis

demonſtret̄ poſito quod nunquam
in actu prodeant ⁊ ex hoc cõmende
tur dei prouidētia que vnicuiqꝫ uir
tuti ſiue potētie dedit īſtrumētū.
Ad ſcōꝫ argumētū dicēdū ꝙ inteſti
na reſurgēt nō q̇dē plena ſupfluita
tib9 turpib9 ſicut nūc ſūt: ſꝫ plena
nobilib9 hūiditatib9. Tercio querit̄
utrū ptes puluer̄ ad eaſdē ptes cor
pis redeāt. Dicēdū ꝙ aut loquimur
de hoc ꝙ poteſt fieri ſine ꝑiudicio
idēptitatis aut loq̇mur ſm cōgruē
tiā. Si loq̇mur ꝑmo° dico ꝙ in hōi
ne ptes diuerſe poſſūt accipi dupl'r
aut de ptibus homogeneis aut ete
rogeneis. Si loquamur de ptibus
homogeneis ſicut ſūt diuerſe ptes
carnis vl' diuerſe ptes oſſis ſicut lo
quēdo nō eſt neceſſariū ꝙ ad eaſdē
corpis redeāt: q2 talis virtas nō fa
ciat vitatē niſi in ſitu ptiū ⁊ ſic ſi
materia unius ptis redeat ad aliā
ptē eiuſdē ſpeciei nullū ꝑiudiciū ge
nerabit idēptitati ſicut pꝫ in ſtatua
liquefacta. Si aūt loquaris de ptib9
eterogeneis ſicut in materia unī9
ptis redeat ad aliam ptē non ſolū
uariabit̄ totū tūc: ſꝫ ſe. ſꝫ etiā q̄tū
ptinet ad idēptitatē aniarū. Et ſic
loquēdo neceſſe eſt ad eaſdem ptes
redire. Si uero loquamur ſm con
gruētiā terre magis cōgruū et ma
gis ꝓbabile eſt ꝙ oēs ptes quecūqꝫ
ſint redeāt ad eaſdē ptes corpis ita
ꝙ ſicut ptinet ibi ſuabit̄ idē in re
ſurrectōe ꝑcipue quātū ad ptes eēn
tiales et organicas q̄uis forte nō
quātū ad ptes accidētales ſicut ſūt
uirgines ⁊ capilli. Quarto querit̄
utrū oēs humores corpis hūani re
ſurgāt. Et dicēdū ꝙ in homine eſt
triplex humiditas quedaꝫ eſt in re
cedēdo a pfectōe hui9 idiuidui eo q2
ē uia corruptōis et a nāta abicit̄ ſi
cut eſt urina et ſudor et ſanies vl'
q2 a nāta ordinat̄ ad cōſeruatōem

ſpeciei in alio īdiuiduo ſiue pactuꝫ
generatiue potētie ſicut eſt ſemen
ſiue p actū nutritiue ſic ut eſt lac
⁊ nulla taliū humiditatū reſurget
eo q2 nō eſt de pfectōe indiuidui re
ſurgētis. Scōa hūiditas eſt que nō
puenit ad ultimā pfectōeꝫ quā na
tura opat̄ in īdiuiduo ſꝫ eſt ad illā
ordinata a nāta ⁊ hec eſt duplex q2
quedā eſt que hēt formaꝫ determi
natā ſm quā cōtinet̄ iter ptes cor
poris ſicut ſanguis et alii tres hūo
res ſcꝫ fleuma colera et malēconia
quos natura ordinat ad mēbra que
ex eis generat et tn̄ habēt aliquas
formas determiatas ſicut alie par
tes corpis. et iō tales hūores reſur
gēt. quedā uero hūiditas eſt in uia
trāſeūdi de forma in formaꝫ ſcꝫ de
forma hūoris in formā mēbri ⁊ ta
lis hūiditas nō reſurgꝫ. ⁊ rō eſt q2
poſt reſurrectōeꝫ ſingule ptes ſtabi
lient̄ in formis ſuis ꝓpter ꝙ talis
honor q̇ eſt in actu trāſeūdi de for
ma in formā nō reſurget. ¶ Sed no
ta ꝙ talis honor dupliciter poteſt
cōſiderari vl' ſcōm ꝙ eſt in ꝑncipio
trāſmutatōis et ſic vocat̄ ros ⁊ in
foraminib9 puar̄ venar̄ ul' ſm ꝙ ē
in ꝓgreſſu trāſmutatōis et incipit
iā de albari ⁊ ſic vocat̄ corabiū ⁊ in
neutro ſtatu talis humor reſurget
Terciū gen9 hūiditatis eſt ꝙ iaꝫ p
uenit ad ultimā pfectōeꝫ quā nāta
intēdit in corpe idiuidui que iā eſt
de albata incorpata mēbris et hec
vocat̄ glutē ⁊ tales hūiditas ſit de
ſubſtātia membror̄ reſurget ſicut
mēbra reſurgēt. Quī° querit̄ utrū
pili reſurgāt. Dicēdum ꝙ ſicut ars
ſe habet ad artificiatum et ad par
tes eius et ad inſtrumenta ei9 ſic
anima ad corpus animatum. Ars
autem quibuſdam inſtrumentis
utitur ad operis intēti executionē
et iō hec īſtrumēta ſunt de prima

intētōe artis.utiť etiā aliis inſtru
mētis ad cōſuatōʒ ꝑncipaliū īſtru
mētoꝝ et hec ſūt de ſcōa itentōe ar
tis ſicut ars militaris utiť gladio
ad bellū et uagina ad gladii cōſer
uatōeʒ.ita etiā in ꝑtib9 corpis aīa
ti quedaʒ īſtrumēta ſiue mēbra or
dinātur ad opatōes aīe exſequēdas
ꝑncipaliter ſicut cor epar oculi ma
n9 ⁊ pedes: quedā aūt ad cōſuatōʒ
ꝑtiuʒ aliaꝝ ſicut folia ſunt ad coop
turā fruct9.ita etiā capilli et uirgi
nes in hoīe ſūt ad cuſtodiam aliaꝝ
ꝑtiū.et iō ſūt de ſcōa ꝑfectione cor
pis humani et nō de ꝑma.et iō q2
hō reſurget in oī ꝑfectiōe nať ſue
ꝓpter hoc oʒ ꝙ capilli ⁊ etiā uirgi
nes reſurgāt in ipo. Qnito queriť
utꝝ quidq̇d fuit de v̈itate ſiue uni
tate hūane nať reſgat. Reſpōdeo
hic eēnt plurima dicēda et magna
dubia mouēda: ſʒ cauſa breuitatis
obmitto q2 ſāct9 Tho.in.iiii.ſen.
hāc cōcluſionē ꝓlixe tractat. ſed ꝓ
nūc dicēdū ꝙ quidq̇d in hōie eſt
ꝑfectū ꝑficiť aīa rōnali ⁊ q2 aīa cor
p9 habʒ reſumere oʒ ꝙ reſūat illō
idē ꝑfectū g° quidq̇d fuit de v̈itate
⁊ humāe nať reſurget in hōie in
die iudicii. Poſt queriť de etate in
qua oēs reſgēt. Et dicēdū ꝙ homo
reſurget abſqʒ dubio abſqʒ om̄i de
fectu hūane nature q2 ſicut de9 hu
manam naturam abſqʒ omni de
fectu inſtituit ita abſqʒ defectu re
ꝑabit.natura aūt humana deficit
dupľr.uno° q2 nondū ꝑfectōeʒ ulti
mā eſt cōſecuta. Scōo° q2 a ꝑfectōe
illicita iā receſſit.ꝑmo° nata deficit
in pueris.ſcōo in ſenib9 ⁊ in utriſ
qʒ reducetur et hūana natura ſta
tum ultime ꝑfectiōis qui eſt in iu
uenili etate ad quā terminať mot9
augmēti ⁊ a qua icipit mot9 detri
mēti illa aūt etas circa annū trice
ſimū ⁊ durat uſqʒ ad.xl.in qua eta

te xp̄s mortuus eſt iō in etate xp̄i
oēs reſurgē9. Poſt queriť de ſtata
utꝝ oēs reſurgēt in eadē ſtata. Et
dicēdū breuiter ꝙ nō oēs reſgēt in
eadē q̄titate et ſtata: ſʒ q̇libʒ reſur
get in illa q̄titate in qua fuiſſʒ in
termino augmēti dū tñ nata non
erraſſet uel defeciſſet quid aūt ſup
eſt uel deficit in homine reſecabit
qō eſt ultra debitū nať. Sʒ queriť
de ſexu utꝝ oēs in ſexu uirili reſur
gāt ⁊ uideť ꝙ ſic q2 ſex9 muliebris
eſt defectio ſiue deffect9 nať ⁊ uir
tutis formatiue in ſemine que nō
poteſt deducere materiā cōcepti ad
ꝑfectōeʒ uirilē ſʒ nullus defect9 eſt
tūc g° ⁊c̄. Dicēdū ſm oēs doctores
ꝙ reſurgēt in diuerſo ſexu ſicut fue
rūt ⁊ rō eſt q2 ſicut cōſiderata nata
indiuiduuʒ debeť diuerſa q̄titas di
uerſis hōib9 ita conſiderata nata
indiuidui debeť diuerſ ſex9 diuerſ9
et hec diuerſitas etiaʒ cōpetit ꝑfec
tioni ſpeciei cui9 diuerſi g̃d9 iplenť
ꝑ dictā diuerſitatē ſex9 vel quātita
tis. Et iō ſicut reſurgēt hoīes ⁊ di
uerſis ſtaturis ita in diuerſis ſexi
b9. Et q̄uis ſit diuerſitas ſiue diſ
ferētia ſexuū deerit tñ cōfuſio mu
tue uiſiōis q2 nō erit libido incitās
ad turpes act9. Ad argumētū in op
poſitum dicēdū ꝙ q̄uis femine ex
ſuo genere ſit ꝓpter itētōem nať
ꝑticularis et ex deffectu ei9 eſt tñ
de itētōe nať uniuerſalis q° ad ꝑ
fectōʒ hūane nať que utrūqʒ ſexū
requirit nec ex ſexu: erit ibi aliq̇s
deffectus ut pʒ. Poſt queritur de
dampnatis utrū cū diffomitatib9
reſurgant. Et dicendum breuiter
dimiſſis opinionib9 cū ſancto Tho
ma in quarto quod diffomitas in
corpore humano poteſt eſſe duplici
ter.uno modo ex deffectu alicuius
membri ſicut mutilati turpes
dicimus et de tali diffomitate

nō eſt dubiū ꝙ in corporib9 dāpna toꝝ nō erit q2 oīa corpa tā maloꝝū ꝙ̄ bonoꝝ inteḡ reſurgent ut ſupra dictuȝ eſt. Alio° difformitas poteſt eē ex in debita partiū diſpoſitiōne uł ex in debita ꝗ̄titate vel qualita te vł ſita que etiā porcióne debitā ꝑtiū nō patiť totū ꝛ de talib9 diffor mitatib9 et ſimilibus defectibus ſi cut ſūt febres ꝛ huiuſmodi agem9 ſub dubio dereliquid uextū dicēdū cū ſācto Thoma ꝙ actor q̇ naturaȝ cōdidit integre in rōne ipam natu rā integre repauit. vn̄ q̇dq̇d defec t9 uel turpitudinis ex corruptōne vel debilitate nature vł ꝓncipiorū naturaliū in corpe humano fuit to tuȝ in reſurrectōe romouebiť ſicut febris lippitudo et ſimilia. defect9 autē q̇ ex natalib9 defecit ꝓncipiis in corpe hūano natăliter cōſequūť ſicut pōderoſitas et paſſibilitas et ſimilia in corpib9 dāpnatoꝝ rema nebūt quos defect9 ab electoꝝ corpi b9 gl̄ia reſurrectōis excludit. utrū aūt corpa dāpnatoꝝ ſit corruptibi lia. Dicēdū ꝙ non: q2 ꝓncipiū mo uēs ad corrūptōeȝ tūc tolleť. celuȝ eī eſt ꝓncipiuȝ alterās ꝑ motū ſuū localē ꝛ oīa alia agentia. ꝑa virtu te ipius agētis et q2 ab ipo mota. Et iō oȝ ꝙ ceſſāte motu celi nichil ſit agēs ꝙ poſſit corpus ꝑ aliquā al terātōeȝ trāſmutari a ſua naturali ꝓpetate. Et iō patȝ reſurrectōe ceſ ſāte motu celi nulla qualitas erit ſufficiēs ut corp9 humanū poſſit al terari nec ꝑ cōſequēs corrūpi. Et h° conuenit diuine iuſticie. iō ppe tuo uiuētes ppetuo puniāť. Deīde queriť de īpaſſibilitate: utꝝ corpa dāpnatoꝝ ſit īpaſſibilia: Et dicēdū ꝙ duplex eſt mod9 paſſionis ꝫm ꝙ aliqua forma poteſt recipi in aliq° dupliciter. uno° ꝫm eſſe naturale materialiter ſicut color recipiť ab igne in aere ꝛ iſto° uocať paſſio na ture. Alio° recipiť forma in aliquo ſp̄ualiter ꝑ modū cuiuſdaȝ intēcio nis ſicut ſimilitudo albedinis reci piť in aere ꝛ ī pupilla ꝛ iſte mod9 uocať paſſio aīe q2 g° poſt reſurrec tionē ceſſāte motu celi nullū corp9 poterit alterari iō nullū corpus po poterit pati paſſionē nature ꝛ quā tū ad hūc moduȝ paſſionis corpora dāpnatoꝝ īpaſſibilia erūt ſȝ ceſſāte motu celi adhuc remanebit paſſio que eſt ꝑ modū aīe q2 aer a ſole etiā illuminabiť et coloꝝ differētias ad uiſū defert et ſic iſto° nō erūt īpaſ ſibilia et q2 in tali paſſione ſēſ9 pfi ciť iō in corporib9 dāpnatoꝝ ſenſ9 pētētie erit ſine mutatōe naturał diſpoſitōis. Corpa vō gl̄oſa ſi reci piāt aliq̄d ꝛ patianť quodām° ī ſen tiēdo nō tn̄ paſſibilia erūt q2 nichil recipiēt ꝑ modum affectiui uł leſi ui ſicut recipiēt corpora dāpnatoꝝ que ex hoc paſſibilia dicuntur. Et ſic patet quo° erūt paſſibilia ꝛ quo modo nō. et ꝑ cōſequēs patet ad to tam queſtionem

¶ De offertorio ſiue oblatione

Dicto de duab9 ꝑtib9 ꝑtinē tib9 ad formā que ſūt ꝑpa ratō et īſtructio. Nūc agē dū eſt de tercia ꝑte que uocať obla tio. et hec ps cōtinet ſex ꝑtes. Pri ma eſt ppl̄i exultatio cū qua offerri dȝ ꝛ hoc ſignificať ꝑ offertorium. Scd̄a eſt oblatōis pſētatio ibi ſuſci pe ſācta trinitas ꝛc̄. Tercia eſt alta ris turificatio. Quarta ē manuū ablutio. Quīta eſt cordis hūiliatio ibi cuȝ dr̄ in ſp̄u hūilitatis. Sexta ſequens oratio ſcił ſecreta. Circa ꝓmam partem g° uidēda ſūt mł̄ta et notanda bene. Primo queritur quare offertoriū ſequitur poſt ſim

bolum . Dicendum propter ſeruan
dum ordinem debituꝫ nam poſt p̄
dicationem que fit in enangelio ſe
quitꝛ fides in ſimbolo . ideo poſt de
bet ſequi laus in offeꝛtoꝛio poſt lau
dem fructus in ſacrificio . Secundo
queritur quaꝛe ſalutatio premitti
tur dicendo dominus uobiſcū . Et
reſpondetꝛ ꝙ ad denotandū ꝙ illud
offertorium eſt a deo . Jtē ad deno
tandum ꝙ nulla oblatio eſt offerta
deo niſi ip̄e deꝰ ſit cum offerente ꝑ
grām . ideo optando hec ſacerdos di
cit nobis . Dominus uobiſcū . Ter
cio quare dicit oremꝰ . Et dicendū
ꝙ ad ſignificādum ꝙ tam ſaceꝛdos
ꝙ̄ populus debēt eſſe attēti ad om
nia miſteꝛia ad que debēt attēdere
ſancta cogitatione meditatione et
informatione quaꝫ habēt ex euāge
lio et uocali cōfeſſione quā fecerūt
in ſimbolo : ⁊ reali exhibitione quā
pꝛetēdūt in offertorio . Quarᵒ qua
re ſacerdos orationem non ꝓſequi
tur . Dicendum ſecundum Jnno .
ꝙ orō tunc non eſt ꝓſequenda qꝛ
ſignificat tempus quo xp̄s occulte
ambulanit inter iudeos uel aliter
ad ſignādū ꝙ tūc ſacerdos dꝫ eē at
tētꝰ ciꝛca oblata . uel etiā ad ſignifi
cādū ꝙ ſacerdos igreſſuꝛꝰ ad taꝫ di
uinū et altiſſimū ſacꝛamētū dꝫ to
tā intētōꝫ ſuā ad deū recolligeꝛe ⁊
habere . Quito uidēdū eſt q̇d ſigni
ficat offertoriū . Et dicēdū ſm Jn
no . ꝙ ſignificat leticiā offerētiuꝫ .
ſicut legimꝰ de Dauid qui cum cā
toribus et citara cantabat quando
populꝰ offeꝛebat . Sexto queꝛitꝛ qua
re cātatꝛ . Et dicēdū ꝙ tūc popolꝰ of
feꝛt iō tūc debemꝰ cātaꝛe qꝛ hilaꝛē
datorē eligit deꝰ . Sed nota ꝙ in p̄
mitiua eccl'ia conſueuerunt cātari
mlti v̄ſꝰ ſicut adhuc ſcꝛipti repiū
tur in antiquis ḡdualibꝰ ſꝫ nūc ad
uitādā ꝓlixitates dimittūtuꝛ qꝛ dr̄
de cō . di . iii . ꝙ cū oīa officia gaude
ant breuitate vitāda eſt ꝓlixitas .
Septimo nota ꝙ dū cātatꝛ ppl's dꝫ
offerꝛe ꝓ ſubſidio miniſtꝛoꝝ : vñ de
cō . di . iii . dr̄ omnis xp̄ianꝰ non dꝫ
appeꝛe in cōſpectu dn̄i dei uacuꝰ q̇n
aliq̇d tēporale offeꝛat . Octaᵒ mouē
de ſūt alique queſtiones de oblatōi
bꝰ . Et p̄mo queritꝛ q̇bꝰ oblatōes de
bentꝛ . Et dicēdū ſm Rai . in ſūmaꝙ
oblatōes que fiūt in eccl'is prochia
libꝫ dāde ſūt ſaceꝛdoti pꝛochiali tm̄
que aūt ꝓ pccis offeruntꝛ dāde ſūt
p̄lato eiuſdē eccl'ie . x . q . i . qꝛ ſacer
dotes . ii . xii . q . ii . ſacerdos . Sꝫ Oſ
tien . oīa p̄dicta Raimūdi a ꝓ̄bat ad
oblatōes cotidianas que fiūt ad ma
nꝰ ſacerdotis que hodie ſacerdoti ꝑ
rochiali dāde ſūt . Scd̄o queritꝛ ſi ta
les oblatōes debeantꝛ religioſis . Et
dicēdū ſcd̄m To . in . ii . ii . ꝙ poſſūt
religioſi accipe ⁊ hoc triplici rōne .
Primoᵒ ſicut paupes ꝑ diſpēſatōꝫ
ſacerdotis vl' ordinatōꝫ eccl'iaꝛū et
p̄latoꝝ . Alioᵒ ſi ſit miniſtri altaꝛis
qꝛ tūc oblationes ſpōte oblatas poſ
ſūt licite recipe . Tercioᵒ ſi ſint pro
chie eoꝛū et tūc ex debito poſſūt et
debent recipe ſicut eccl'e rectores .
Tercio queritꝛ q̄n epiſcopꝰ celebꝛet
cuiꝰ dꝫ eē oblatio . Dicēdū ꝙ ſi ep̄ſ
celebꝛat in eccl'ia cathedꝛali tūc ſm
hoſti . de iure cōi oblatōes ſūt ep̄i .
qꝛ ſibi offeruntꝛ a prochiano . nā to
ta dioceſ ſua prochia intelligitꝛ ut
pꝫ ꝑ exēplū Rai . p̄ter . c . i . de pro
chiātes ſup eo . Si aūt celebrat ali
cubi cōſuetudo eſt ſequēda ⁊ ſuāda
ſꝫ ſi ep̄s nimiā moꝛā cōtꝛaherit in
loco aliquo et frequēter celebraret
tūc ſecꝰ eſſet . ar . ex̄ de decimis . cᵒ .
ſugeſtū . Quarᵒ queritꝛ utꝝ oblatio
ſit de neceſſitate p̄cepti . Dicēdū ſm
Tho . in . iiiiᵒ . ꝙ oblatōes de ſui rōe
hn̄t ꝙ offerantꝛ volūtarie ſm illō
Exo . xxv . ab oi q̇ offert ultroneus

accipientis munera pōt tamē con
tingere ꝙ aliquis ad oblatōes tene
aᷓt quadruplici rōne. Priᵒ quidē ex
p̄cedēti cōditōe ſic̄ cū alicui cōcedit̄
aliquis fundus eccleſie: ut in certis
tēporibꝰ oblatiōes faciat ꝙ iā hn̄t
rōnem cenſus. Secūdo ꝓpter p̄ce
dentē ꝓmiſſiōꝫ ſiue donatōꝫ: ut cū
quis relinquit aliquā rem mobilē
in teſtamēto eccleſie in poſteꝝ ſol
uēdaꝫ. Tercioᵒ ꝓpter miniſtroꝝ ec
cleſie neceſſitatē: puta ſi miniſtri
eccleſie nō hn̄t unde cōueniēter ſu
ſtinētur. Quarto modo ꝓpter cō
ſuetudinē: tenent̄ eni xp̄iani in ali
quibꝰ ſolēpnitatibꝰ et diebꝰ dn̄icis
ad aliquas oblatōes cōſuetas: tn̄ in
his duobus ultimis remanet obla
tio quodāmodo volūtaria q̄ntuꝫ ad
quātitatē et ſpēm rei oblate. cōcor
dāt Raimūdꝰ et hoſtienſ̄ et Jo.
an. Quinto querit̄ quoꝝ oblatōes
debēt refutari. R̄. ſ̄m Raymūdū.
in deteſtatiōem criminis: eccleſia
nō recipit oblatiōes eorū qui oppri
mūt pauperes. di. x. c. Oblatiōes.
Itē nec oblatōes meretricū: ꝓpter
crimē notoriū ſiue horrēdū. ii. q.
. ii. Enorme. Addit etiā de quolibꝫ
heretico publico et ſimoniaco: uel
uſurario. Itē de iudeis q̄n̄o nichil
habēt niſi de uſuris: vbi aūt iuſto
titulo haberēt etiā poſſent exigere
ab eis oblatiōes debitas: q꞉ ille ſūt
quaſi decime p̄diales ⁊c̄. ¶ Sequit̄
ſcd̄a pticula. ſ. oblatōis preſentatio
ibi. Suſcipe ſancta trinitas. Circa
quā occurrūt hec ꝑ ordinē declarā
da. Naꝫ tria requirūtur ad hoc: ꝙ
hec oblatio debite preſentet̄. Priᵒ
ſolēpnis vaſorū p̄paratio: q꞉ requi
runt̄ quatuor ſcꝫ calix q̇ talis dꝫ eē
ut dictū ē in p̄ncīᵒ. Secūdo patena
que dꝫ eſſe lata et rotūda: ſignans
corda nr̄a que debēt eſſe dilatata ca
ritate rotūda pſeuerātia. Tercio po

nit̄ ibi panis ⁊ uinū que qualia de
bēt eſſe iā ſup̄ dictū eſt. Quarto po
nūtur corporalia que debent hēre
quatuor plicas in latū: ad ſignificā
dū quatuor ꝑfectōes xp̄i que ſūt la
titudo caritatis lōgituᵒ eternitatis
altitudo maieſtatis ꝓfūditas imēſi
tatis: ſed debēt hēre tres plicas in
lōguꝫ que ſignāt tres dotes aīe xp̄i
ſcꝫ fruitōꝫ tētōꝫ ⁊ uiſionē: uꝉ etiā
quatuor plice ſignificāt quatuor do
tes corporis xp̄i. Scd̄o requirit̄ ſo
lēpnis exhibitio ex p̄te miniſtroꝝ.
Et primo de ſubdiachono calicē p̄
parātē hoc eniꝫ officiū eſt ſubdiaco
ni: q꞉ ip̄e dꝫ calicē p̄parare ⁊ vinū
et aquā ponere: ⁊ dꝫ dicere ſacerdo
ti: benedicite in appoſitōe aque in
uinum. Et nota ꝙ benedictio aque
eſt diuerſa ſ̄m diuerſa officia. Nā
illi qui dicūt officiū romanū dicūt
orationē. Deꝰ qui humane ſubſtā
cie ⁊c̄. Alii aūt dicūt ex latere xp̄i
⁊c̄. in ordine autē noſtro ſcꝫ p̄dica
torū dicimus ſolū in nomine pr̄is
⁊ filii et ſp̄s ſancti amē. pato autē
calice ſubdiaconꝰ eū dꝫ tradere dia
cono. Secūdo agēdū eſt de diacono
calicē offerēte qui q̇dē diaconꝰ cali
cē accipiēs de manu ſubdiaconi dꝫ
eū offerre ſacerdoti tenēs eū per ꝑ
partē iſeriorē ut ſacerdos euꝫ com
petētiꝰ recipere poſſit. dicendo uer
ſū illuꝫ Dauiticum. Immola deo
ſacrificiū laudis ⁊c̄. Sed nunc que
runt̄ hic duo. Primo quare ſubdi
aconꝰ tradēdo calicem nichil dicit
Et dicit ꝙ cauſa eſt q꞉ oblatio ſub
diaconi ſignificat figuratiue oblati
onē factā per miniſtros antique le
gis in qua res aut ueritas nō erat
ideo tacet diaconi et ſacerdotes ſig
nificāt oblationem legis noue que
eſt res et ueritas et complementū
antiquū ideo dicunt aliquid et nō
tacēt. Secūdo queritur quare dia

chonus offert calicem .Dicendum ꝙ quia in primitiua eccleſia ſanguinem populo miniſtrabāt. nūc autem propter piculum nō fit. uł etiam qꝛ per diaconū ueritas euāgelica nunciatur qua deo patri ꝑ criſtum eſt oblata. Sed notanduꝫ ſecūdum officium romanū dicim9 hanc orationeꝫ. Offerimus tibi domine ⁊c̄ vbi innuit. quid offert: qꝛ calicē ſalutaris. quomō offert: qꝛ tuā depcātes clemētiā ꝓ quo offert quia in cōſpectu diuine maieſtatis tibi placens aſcendat. Tercio agēdum eſt de ſacerdote calicem cū pane accipiente. Nam accipiens calicem debet dicere ſcōm ordinē nr̄m illum verſum p̄s. Quid retribuā domino pro omnib9 que retribuit michi: caliceꝫ ſalutaris accipiam ⁊ nomē domini inuocabo. Sm̄ uero ordinem romanum debet dicere offerendo panē hanc orationem. Suſcipe ſancte pater ⁊c̄. ubi notanduꝫ quod dicitur pater ratione gubernationis. omnipotens ratione creationis. eterne deus: ratione durationis. ego indignus ratione culpe et offenſionis: famulus ratione ſubiectionis: tuus ratione redemptionis. offero tibi ratione glorificationis meo ratione tēporalis incarnationis: unio ratione uirtualis ſiue vitalis actionis ad differētiā idolorū: mortuorū uero ratione mūdialis fictionis vel factionis ad differētiā deorū fictorū. innumerabilibus peccatis ratione vniuerſalis infectionis. Sed ſecundum ordinē noſtruꝫ debet dicere hanc orationē tenēdo calicem cum uino et pane duabus manib9: ſic ꝙ una teneat calicē in medio cum alia ſuſtineat pedeꝫ alte man9 leuando. Suſcipe ſācta trinitas hāc oblationē quā tibi offero in memoriā paſſionis dn̄i nr̄i Jheſu xp̄i et preſta ut in conſpectu tuo tibi placēs aſcēdat ⁊ meam et omniū fideliū ſalutē operet̄ eternaꝫ. Jn qua oratione pꝫ quid offert qꝛ hāc oblationeꝫ cui offert ꝙ toti trinitati: quare offert qꝛ in memoriā paſſionis propter quid offert qꝛ ꝓ ſalute oīm. et ſic pꝫ et totū. Tercio req̇rit̄ coaptatio ſolēnis numeꝝ oblatoꝝ: quia dicta hac oratione: debet calicē et manus deponere: et patenā deſuper tollere: et panē ad pedē calicis inter ſe et calicem collocare: ſcōm ordinē et modum magis congruū et cōmunē: et ſignificat hoc qō illud miſteriū mediat inter populū et deū. Scōm autē offitiū Romanū: calix ponit̄ in dextera: ſignificās xp̄i diuinitatē. que ſemp ad dexterā dei patris erit: ſed hoſtia ad ſiniſtrā: ſignificans xp̄i hūanitatē: que in ſiniſtra aduerſitatis hui9 mūdi fuit. Patena autē lata: ſignificat latitudinē caritatis: quaꝫ dicebant ſe habere diſcipłi cū Petr9 dixit. dn̄e pat9ſū ⁊ in morte ⁊ in vita tecū ire: ſimiliter et om̄s dicebant: ſed patena ſub corꝑali abſcondit̄: quia ſignificat ꝙ ip̄i abſcondūt ſe quia relicto eo omnes fugierunt: poſtea calix cooperit̄ cū corporali: qō ſignificat ſepulturā xp̄i. Sequit̄ tercia particula ſcꝫ altaris thurificatiō. Circa quā ꝓmo videbit̄ quid ſignificat: et dicendū ſicut dixit: ꝙ calix coopertus ſignificat xp̄m ſepultum: ſed thurificacio ſignificat vnguenta precioſa: que ſancte mulieres obtulerūt: videliꝫ aromata que emerūt vt veniētes vngerēt iheſū Math. vltimo. vel dicendū ꝙ thurificatio ſignificat illō: ꝙ Magdalena accepit libram unguēti nardi precioſi. ⁊ vnxit pedes iheſu ⁊c̄. Secūdo videndum eſt quomodo thurificatio

debet fieri. Et ſciendū ꝙ ſubdiaco
nꝰ uel turibulū portans: accipiēdo
incenſū anteꝙ̄ ponat in turibulo:
debet preſentare ſacerdoti dicēdo.
benedicite: in ſignuꝫ ꝙ nichil eſt
acceptū deo: niſi bn̄edictū et accep
tū criſto: tunc ſacerdos accipiens
turibulū: facit ſcōm aliquos ob re
uerenciā ſancte trinitatis tres cru
ces incircuitu ⁊ vnā crucē deſuper
ob reuerēciaꝫ unitatis diuine eſſen
cie. Poſt in mediate uadit ad par
tem dexterā altaris: ſignificās xp̄i
predicatiōꝫ miſſam ad iudeos: ⁊ ad
oues que perierāt domus iſrahel.
Sed poſt dimiſſa dextera uadit ad
ſiniſtrā: ſignificās predicationem
apoſtoloꝝ repulſam a iudeis: et cō
uerſaꝫ ad gentiles: poſt ergo totaꝫ
faciē altaris a ſiniſtra uſqꝫ ad dex
teram thurificat: in ſignū predica
tionis a gentilibus miſſe finaliter
ad iudeos. quia finaliter ſecundū
apoſtolū ad Roman. vi. Reliquie
iſrahel ſalue fient. deinde ſacerdos
thurificatꝰ a diacono ⁊ miniſter ab
acolito: vel thurificario: et poſtea
chorus totus ipſis miniſtris medi
antibus: in ſignum ꝙ a xp̄o ſacer
dote magno bona cuncta ꝓcedūt:
mediantibus eccleſie miniſtris ad
populū. quia influxus diuinus per
media deſcendit: ad infima ſcōm
Dioni. de angelica gerarchia. ideo
dicitur. ii. ad chorin. ii°. c°. Odore
noticie ſue peparcit ꝑ nos in omni
loco. Sed nota ſecūdū ordinē nr̄m
ſacerdos thurificando nichil dicit.
ſed ſecūdū officiū Romanū dicimꝰ
hanc orationē. Dirigatꝰ dn̄e oratio
mea ⁊c̄. Vbi ꝑmo optat exaudiri.
Scđo acceptari cum dicit eleuatio
manuū mearū ſacrifitiū veſptinū
qđ erat ſolēniſſimū in lege. Ter° a
malis preſeruari ſcꝫ in corde a co
gitacione: in ore a ꝓlacione mala

dicens. pone dn̄e cuſtodiā ori meo
¶ Sequitur quarta particula que
eſt manuū ablutio: circa qđ eſt ſci
endū: qđ ſacerdos abluit manꝰ in
principio miſſe: in ſignum ꝙ debet
carere macula mortali: in hoc aūt
loco lauat iterū: in ſignū carentie
venialiū ⁊ minoꝝ. Jdeo fit in capi
tibus digitorū. Et nota ꝙ lauādo
digitos dicit pſalmū illū. Lauabo
inter innocētes ⁊c̄. Quē pſalmuꝫ
fecit Dauid. ⁊ debꝫ dici a ſacerdote
et aquocūqꝫ viro ꝑfecto: qui petit
duo. ꝑmo a malis ſeparari. Secūdo
bonis coniūgi. ibi ego aūt in inno
centia mea. Ad huc ꝑma in duas:
q2 ꝑmo premittit bonā opatiōeꝫ:
ſcđo petit malorū ſeparationē: ibi
dn̄e dilexi. Ad huc ꝑma i duas pri°
ponitꝰ i bono occupatio: ſcđo frucꝰ
cōſecutio ibi: vt audiā ⁊c̄. Sentēcia
ergo ꝑme partis talis eſt. Lauabo
inter innocētes ⁊c̄. ideſt penitēdo
et confitēdo faciam mūda opera:
que per manꝰ deſignantꝰ et hoc in
ter innocētes ſcꝫ cōuerſamꝰ mēte
ſemꝑ et corpore ſepe. q2 ſicut dicit
ꝑs. Cum innocēte innocens eris:
et hoc facto circūdabo ideſt circuibo
altare tuum dn̄e: quia nullus niſi
mūdus debet accedere ad altare ut
audiam ⁊c̄. hic ponitꝰ fructꝰ conſe
cutio: quaſi dicat quare inter īno
centes cōuerſabo certe ut audiam:
ideſt ut addiſcam voceꝫ laudis tue
ꝑmo quomo° eſt laudādus: et poſt
cum didiſcero enarrem: ideſt expo
nam aliis vniuerſa mirabilia tua.
Dn̄e dilexi: hic petit maloꝝ ſepara
tionē: et diuiditꝰ in tres ꝑtes. quia
ꝑmo allegat rōnē. Scđo porrigit
benedictionē ibi: ne perdas. Tercio
ponitꝰ dicti ſui declarationē ibi: in
quoꝝ manibus. Primo ergo petit
a malis ſeparari allegādo rōnem:
quaſi dicat, nō docebo malū miſte

rium in iudicio. quia dilexi decorē domus tue: ideſt ſanctos ꝛ bonos. nam decor dom9 dei ſunt ſancti: qui eccleſiā dei decorāt: ſicut ſtelle ſunt decor celi. Itē locū habitacionis glorie tue: id ē eoſdem ſanctos et bonos in quibus habitat deus ꝛ glorificat̄: de quib9 hic dicit̄. ſic luceat lux veſtra coraꝫ hominib9 ut videant opera veſtra bona et glorificent patrem patrum qui in celis eſt. ¶ Sequit̄ Ne perdas cū impiis animā meam: hic ponit ſuā peticionē quaſi dicat ideo ſi ſic me habeo Ne perdas cū impiis ideſt cū illis qui oderūt animā meā: et cū viris ſanguinū vitam meam: ideſt qui proximū nō dilexerūt. ſed eius ſanguinē fuderunt ſicut homicide uel raptores uł vſurarii: qui ſanguinē xp̄i ideſt ſubſtātiā proximi ſcicīūt. In quorū manibus hic ponit ſui dicti declarationē: quaſi ſi interrogaret̄ quos vocas tu viros ſanguinū. Reſpondit: quoꝝ dextera repleta eſt muneribꝫ ſcꝫ raptis uel preſentib9 bonis remunerata per vſuras. Vel hoc qō dicit̄ poteſt intelligi de iudicib9: qui munerib9 iudicium peruertūt: qꝛ munera excecāt oculos. ¶ Sequit̄ Ego aūt in innocencia mea hoc diuidit̄ in duas partes: qꝛ p̄mo petit cōiungi bonis ꝑ xp̄i redēptionē. Scd̄o allegat meritū et rationē ibi pes me9. Primo ergo dicit ſic ego autē in innocencia: ideſt cum diuitiis innocentie plurimū valēt. ingreſſus ſum ſupple ad eccleſiam: nichilominus quia ſine peccato aliquo uix eſſe poſſū9: ideo redime me ideſt ualeat michi redēptio tua et miſere mei: ideſt me non deſeriat miſeratio tua et quaſi allegat rationē: qꝛ pes meus ideſt intentio mea ſtetit ī directo: nō deuiando a bono ideo in eccł'iis

bn̄dicam te bene dn̄e laudando ꝛ predicādo et orādo ¶ Sequit̄ quinta particła que eſt cordis humiliatio que notat̄ ibi: in ſp̄u humilitatis qō ſumptū eſt de Daniele .iii°. c°. Hanc orationē ſacerdos reuertens in medio altaris inclinat9: ꝓfunde et manib9 cancellatis ſic ꝙ dextera ſit ſuper ſiniſtram dicere debet ubi tangunt̄ duo: que debent eſſe in ſacerdote ſacrifitiū offerente. imo ꝛ in omnib9 aſſiſtentib9 pro quibus ſacerdos offert. p̄mū eſt cordis humiliatio cū dicit in ſp̄u hūilitatis. Scd̄m eſt mentis cōtritio cū dicit in animo cōtrito. Terciū eſt recta intencio offerentib9 ibi. Et ſic fiat ſacrifitiū nr̄m ꝛc̄. Vel dicendū ꝙ ſacerdos p̄mo exprimit ſuū effectū cum dicit: in ſpiritu humilitatis. Scd̄o petit diuinuꝫ effectum cum ſubdit. Et ſic fiat ſacrifitiū. Comuniter ſecundū offitiū Romanum. dicit̄ veni ſanctificator. Vbi petit p̄mo aſſiſtentiā diuine p̄ſentie ibi. veni ſanctificator. Scd̄o affluentiā diuine gratie ibi. benedic hoc ſacrifitium. Tercio exp̄mit reuerentiā diuine intelligētie ibi. nomini tuo preparatū: poſt eleuādo caput oſculatur altare in ſignū: ꝙ ꝑ paſſionē xp̄i recōciliati ſum9 ad epheſi. iii°. faciens pacem vt recōciliet ambos in vno corpore ¶ Sequit̄ ſexta particula que ē ſecreta oratio: circa quā nota aliqua. p̄mo ꝙ tunc ſacerdos vertit ſe ad populū eos exortando et dicēdo hec verba. Orate fratres vt meum ac veſtrū pariter in conſpectu dei ſit acceptū ſacrifitium. vbi ſacerdos implorat circūſtanciū adiutoriū: propter altitudinē ſacramenti. iſta autem verba aliquantulū ſonore dici debent ſic ſaltem: ꝙ aſſiſtenetes capere quodāmodo poſſint. naꝫ ꝑ hec verba ad ſupplicā

dum imitamur ibi. Orate ad nos
mutuo amãdũ inflãmamur: quia
fratre ad quid petendum informa
mur: vt meũ ac veſtrũ ſacrificiuꝫ
ſit acceptũ. Scḋo nota ꝙ ſacerdos
vertens ſe ex toto ad aliam partem
fin:tis õbis predictis debet dicere:
Dñe exaudi orationem meã: ratio
eſt. qꝛ tunc orat ut perſona ſingu
laris. Jnde pſequit̃ ſecrete orõneꝫ
que ꝓpter hoc ſecreta vocat̃: quia
ſecrete dicit̃ ⁊ debet dici ut denote
tur mentalis conuerſio in deum.
vt ſit ſacrificiũ deo gratũ. Tercio
eſt notãdũ ꝙ tot ſecrete dici debẽt
quot in principio fuerunt collecte:
exceptis aliquibus diebus precipue
ſecundũ officium Romanum ſicut
dies quatuor temporuꝫ ſabbatum
paſce ℞t alique vigilie paſceue. nã
hi dies habẽt ſingularia quedam.
Quarto notandũ ꝙ hec oratio alte
terminat̃. Dicẽdo ꝑ omnia ſecula
ſeculoꝝ. Ratio eſt: qꝛ licet oret ut
pſona ſingularis: tamen pro toto
populo orat. ideo alte talis oratio
debet finiri. vel etiaꝫ in ſignum:
ꝙ pma ſũmis ſunt iuncta: vel qꝛ
ſacerdos poſtulat hoc auxilium po
puli. ideo dicit ſuperiꝰ orate frẽs.
iterum ad cenſum ideo reſpondet̃
amen. Vel etiam ad deſignandũ
publicaꝫ xp̃i p̃dicationẽ poſt lazari
ſuſcitationẽ. quia ex tunc publice
predicauit. Quinto nota ꝙ ſacer
dos dicendo hec: manꝰ depreſſas te
nere debet nec eleuare eas donec di
cat ſurſũ corda: qꝛ tũc debet manꝰ
leuare ⁊ ipſas extenſas tenere alte
ſic ꝙ aſſiſtentes ſupra humeros ſu
os aliquantulum videre poſſint

## ❡De conſecratione

D Jcto de tribus partibꝰ par
tinentibꝰ ad formã: nunc
agendũ eſt de quarta que vocatur
conſecratio: que diuidit̃ ĩ quatuor
partes. in p̃ma populꝰ excitat̃ cuꝫ
dicit̃. Dominꝰ vobiſcũ. Scḋa ratio
a ſacerdote aſſignat̃ ibi. Vere dig
num et iuſtuꝫ eſt. Jn tercia laus
diuina a populo decantat̃ cũ dicit̃.
Sanctꝰ ſanctꝰ ⁊c̃. Jn quarta ipſe
canon inchoat̃ ibi. Te igit̃. Adhuc
p̃ma in tres: qꝛ priº populꝰ excitat̃
ad attentionẽ cum dicit̃. Dominꝰ
vobiſcũ. Scḋo ad mẽtis erectioneꝫ
ibi. Surſũ corda. Tercio ad gratiaꝝ
actiones ibi. Gratias agamꝰ. Priº
dico ꝙ populꝰ preparat̃ vel excitat̃
ad attentionem et hoc certe ꝓpter
reuerentiam tam ineffabilis ſacra
menti: in quo xp̃s ſumit̃ ipſe fons
bonitatis. Jdeo ſacerdos quaſi op
tando dicit. Dñs vobiſcũ. De quo
quid ſignificat et vnde ſumat̃. et
quare ſic reſpõdet̃: eſt ſupra diffuſe
tactũ. Scḋo excitat̃ ad mẽtis erecti
onem. ideo dicit̃. Surſum corda.
Hec particl'a diuidit̃ in duas ptes:
quia p̃mo preponit̃ ſalutaris admo
nitio cum dicit̃. Surſum corda ſcꝫ
habere ad dominũ: tangit ergo hic
p̃mo locũ quẽ debemꝰ appetere cũ
dicit ſurſuꝫ. Scḋo ſabbatũ qḋ debe
mus erigere: quia corda de p̃mo ſcꝫ
loco dicit appoſtolus ad Romanos
Que ſurſum ſunt querite ⁊c̃.
De ſcḋo trenorũ tercio leuemꝰ cor
da noſtra cum manibꝰ ad deũ. Et
nota ꝙ ad hoc ĩcitamur aſſumpta
natã angelica: ruina nr̃a ſtatura.
p̃mo dico aſſũpta natura ſcꝫ hũana
a xp̃o: qui eſt caput mr̃m: qui eſt
ſurſum. nam vbi eſt pars ibi debet
eſſe totũ. vnde ap̃l'us. que ſurſum
ſunt querite vbi xp̃s eſt. Scḋo an
gelica natura. naꝫ ruinas angeloꝝ
et ſedes illorũ qui ceciderunt debe
mꝰ implere: et ad illas ſecũdũ vari
etates munitoꝝ aſſumi ſcḋm Gre.

Tercio dico noſtra ſtatura ĩter om
nia animalia: homo habet ſtaturã
erectã: et caput eleuatũ: et de hoc
poteſt reddi ratio duplex. p̃ma mo
ralis: alia enim animalia vitaȝ nõ
expectant poſt morté. ſed de terra
ſunt ⁊ ad terrã redeũt. ⁊ ideo capi
ta ad terrã depreſſa habent. Homo
auté ſolus aliam viam ſpat habere
in cel. et ibi eſſe: vbi erat uita me
lior et diuturnior: ut ad aliã anhe
lem9 et ad illam nos reſurgere ſpe
remus habem9 capita eleuata ſur
ſum. Scõa ratio natural et eſt tal
Conueniẽs eni fuit hõineȝ habere
ſtaturã erectaȝ naturaliter: ꝓpter
quatuor rationes quas ponit ſcũs
Thomas in p̃ma parte ſũme. Pri°
ratiõe ſenſualis cõgregatõis: quia
ſenſus dati ſunt homini nõ ſolũ ad
vite neceſſaria ꝓcreanda ſicut aliis
anim. lib9. ſed etiã ad agnoſcendũ:
vnde cũ cetera aĩalia non delectenẽ
in ſenſib9 niſi per ordiné ad cibos
et venerea ſolus: homo delectaẽ in
ipſa pulcritudine ſenſibiliũ ſecũdũ
ſe ipſuȝ. Et ideo quia ſenſus preci
pue uiget in facie: et alia animalia
habent faciem pronã ad terrã. quã
ad cibũm querendũ et prouidendũ
ſibi de victu: homo vo habet facieȝ
erectã ut per ſenſus et p̃cipue per
viſũm qui eſt ſubtilior etiã pluriũ
rerum differentias oſtendit: libere
poſſit ex omni pte ſenſibilia cog
noſcere: et celeſtia ⁊ terreſtria. vt
ex omnibus intelligat veritatem.
Scõo rõne liberioris ſeu virtuoſio
ris operatiõis. naȝ virtutes interi
ores liberi9 ſuas operationes hñt:
dum cerebrũ in quo quodammodo
anima perficiẽ nõ eſt depreſſũ: ſed
ſuper omnes ptes eleuatũ. Tercio
rõne manualis operatiõis: q2 ſi ho
mo haberet pronã ſtaturã ⁊ utereẽ
manib9 loco anteriorũ pedũ: et ſic
vtilitas manuum ad diuerſa opera
pficienda cũ ſint organũ arganoꝝ
ceſſaret. Quarto rõne vocalis locu
tionis. Nã ſi haberet paruã ſtatu
ram: et vtereẽ manib9 anteriorũ
oporteret ꝙ haberet os ob longuȝ:
et capet cibos ore: et ſic oporteret
hére labia dura et groſſa et linguã
durã: ne ab exterioribus lederẽ: ſic
patet in aliis animalib9: et talis
diſpoſitio impediret omnino locu
tioné. que eſt ꝓpriũ opus rõnis.
Scõo poniẽ populi reſponſio ibi.
Habem9 ad dñȝ ſupple corda eleua
ta. Et iſtud ſecũdũ qõ dicit quidã.
eſt ſolempni9 médaciũ mũdi. Nã
plures qui hoc reſpondét oppoſitũ
de facto tenent. q2 non hént corda
ad ſurſum: imo ad terrã deorſum.
Contra quos p̃s. Fili hominũ vſq3
graui corde: queritis mendatiũ.
Nã ſicut g̃ue tédit deorſũ: ſic mlti
hént totaliter cor depreſſũ ad terre
na. tales ergo caueãt ne dãnabilr
méciantẽ corã deo. Tercio excitatur
corã deo ad gratiarũ actiones ibi.
Gr̃as agam9 domio deo noſtro. Et
diuidiẽ in duas ptes: q2 p̃mo põiẽ
ſacerdotis excitatio ibi. Gr̃as aga
m9. Scõo populi iuſta reſpõſio ibi.
Dignũ et iuſtũ eſt. Circa p̃mum
nota ꝙ deus eſt noſter creator: nr̃
redéptor: noſter glorificator. ergo
gr̃as agere tenemur ſibi ex noſtra
creatiõe: qua dedit nobis natura.
Ideo dicim9 natura deo ex noſtra
redemptione: q2 dedit nobis grati
am. ideo dicim9 deo ex noſtra glo
rificatione que dabit nobis gloriã.
ideo dicim9 nr̃o. Et nota ꝙ om̃es
tenemur ad dandũ et reddédũ gra
tias deo: taȝ ĩnocẽtes ꝙ̃ penitẽtes.
Innocentes q2 in gratiã conſerua
uit. penitẽtes q2 indulgéciã dedit.
Sed circa hoc queriẽ vtrũ innocen
tes magis teneanẽ ad gratiaꝝ acti

ones quam penitētes. Et dicendū ꝙ gratiaꝝ actio in accipiēte reſpicit gratiā dantis. vnde vbi eſt maior gratia ex ꝑte dantis: ibi requiritur maior graciaꝝ actio ex ꝑte recipiētis. gr̄a autē eſt que ḡtis dat̄. Vnde dupliciter poteſt eſſe maior gratia ex ꝑte dantis. vnomodo ex quātitate dati: et hoc modo pl9 tenet̄ innocēs ad gratiarū actiones: q2 maj9 donū ei datur a deo: ⁊ magis cōtinuatis ceteris parib9 abſolute loquēdo. Alio modo poteſt dici maior gratia: q2 magis datur ḡtis et ſcōm hec magis ad gratiaꝝ actiones tenent̄ penitētes quā ignocentes: q2 magis gratis dat̄ ſibi a deo illud qō recipit. Nā cū eſſet dign9 pena maxima datur ei gratia: ⁊ lic licet illud donū qō datur innocēti abſolute cōſideratū ſit maj9: tamē donū quod datur penitēti eſt maj9 in compatione ad ipſum ſicut puū donū paupri datū: eſt ei maj9 quā diuiti magnum. Et q2 actus circa ſinglaria ſunt in his que agenda ſunt magis conſiderat̄ qō eſt hic: vel nunc tale ꝙ̄ qō eſt ſimpliciter tale: ideo magis tenent̄ penitētes hac rōne quā ignocētes ceteris paribus. Scōo ponit̄ ibi iuſta reſponſio: dignū certe ratione diuine maieſtatis apocha. vii°. Benedictio et claritas et ſapiēcia ⁊ gratiaꝝ actio honor virtus et fortitudo deo nr̄o ⁊c̄. Juſtū eſt rōne hūanitatis luce .i°. in ſanctitate et iuſticia coram ipſo ⁊c̄. Vel dignū ratione ſui: q2 ipſe eſt dominus deus noſter ps. Juſtū ratione q2. nos aūt popul9 eius et oues paſcue ej9 Sequitur ſcōa ꝑticula huj9 partis quarte: in qua gratiaꝝ actiones ratio a ſacerdote aſſignatur ibi in prefacione. Vere dignū et iuſtū eſt. Ad euidētiaȝ ergo prefationū. ꝑmo videbit̄ in generali de prefationis ſignifitōe. Scōo de ej9 cantatiōe. Tercio de generali prefationis expoſiciōe. Quarto de cuiuſlibȝ ſpeciali ſignificatione. Pri° ergo videndum eſt quid ſignificat prefatio. Et dicēdū ꝙ ſignificat et repreſētat illō gaudiū pueroꝝ cantantiuȝ ꝑmo in die Ramoruȝ. Vel aliter dicendū: ꝙ ſignificat moraliter ꝙ iſtud ſacmētū altiſſimū requirit altiſſimā mētis eleuationeȝ ibi in deum. Scōo videndū eſt quom° debet cantari. Et dicendū ꝙ ut ſupradictum eſt. ſacerdos antequā incipiat prefationē dicendo per om̄ia ſecula ſcloꝝ: et domin9 vobiſcum. debet tenere man9 depreſſas ſuꝑ altare: poſtea autē dicendo prefationē debet eas tenere eleuatas: in ſignū ꝙ cōtēptis tēporalib9 qō ſignificat̄ in manuū depreſſiōe appetit celeſtia gaudia: qō ſignificat̄ in manuū eleuatione. Tercio videndū eſt de ej9 expoſitione. Et nota ꝙ prefationuȝ vna eſt generalis et cōmunis que cotidie cantat̄. Alie ſunt plures et ſpeciales. Prio ergo aget̄ de generali que cotidie cantat̄: que diuidit̄ in quatuor ꝑtes. In ꝑma ꝑte gratias agendū ꝓbat: cum dicit. vere dignū ⁊c̄. In ſecūda rationē aſſignat cū dicit. dn̄e ſancte. In tercia ad ipſum deum laudandū exemplo angeloꝝ nos prouocat ibi. per quē maieſtatē ⁊c̄. Quarta noſtras laudes cū laudib9 angeloꝝ ſimul acceptari ſupplicat ibi. Cū quib9 ⁊ nr̄as voces. In ꝑma ergo gr̄as agendū ꝓbat et reſponſioneȝ populi ſupradictā confirmat̄ ibi. vere dignū et iuſtū eſt: in quibus innuit̄ ꝙ gratiarū actio deo eſt debita: q2 dignū et iuſtū eſt: nobis ſalutifera: q2 ſalutare dicā9. ergo gr̄as tibi agere debemus ſecundū Jnno. eſt dignū

quia mera voluntate nos feciſti. iuſtū: q̃ꝛ mera miſericordia nos redemiſti. Equū: q̃ꝛ gratuite nos iuſtificas. Salutare: q̃ꝛ ꝑpetuo nos ſaluas. Nos tibi ſemꝑ vbique: vbi includit omne tempus: cum dicit ſemꝑ. Omnē locū cū dicit. Vbiqꝫ gratias agere. Sed certe circa hec verba dubitat̃. Pri° vtrū deus ſit ſemꝑ orandꝰ: ⁊ videt̃ ꝙ ſic: q̃ꝛ dicit̃ hic ſemꝑ qđ eſt vniuerſale tēpus: ergo omni tēpore eſt orandꝰ. Sed oppoſitū videt̃: quia ꝑcepta affirmatiua licet obligent ad ſemꝑ: nō tñ pro ſemꝑ ſicut precepta negatiua. illa enī obligant ſemꝑ et ad ſemꝑ. Cū ergo iſtud preceptū eſt affirmatiuū ergo nō ſemper eſt orandus. Reſpondeo deū ſēper orare: poteſt intelligi dupľr. Vno modo actualr̃ et ſic non oportet ſemꝑ orare imo nec eſt poſſibile in hac vita cuꝫ neceſſitates tēporales deſcēdere habemus. Alio modo habitualr̃ et hoc vl̃ nō ponēdo obicere ſiue oppoſitū vel actu remouendo obicere: et ſic ſemꝑ deus eſt orandus vnde patet reſpōſio ad rationes. Scđo dubitat̃ vtrū deus ſit in omi loco orandꝰ: et videt̃ ꝙ ſic. quia dicit vbiqꝫ. In oppoſitū arguit̃: q̃ꝛ ſancti q̇ ſūt in noſtra regula petierūt aliqua loca ſancta ad orandū: ſicut legit̃ de beato Petro et Johāne: qui aſcenderūt in templū ad orandū ergo non vbiqꝫ deus eſt orandꝰ. Reſpondeo et dico: ꝙ deus in omi loco poteſt orari: q̃ꝛ oratio eſt mētis eleuatio in deū ad aliquid impetrandū: hoc autē nō tollit locꝰ aliq̇s ut apparet tñ dico ꝙ magis cōgruū eſt orare deū in loco ſancto ad hoc ordinato. Tamē ꝓpter maiorē oratiōis excitationē ⁊ honorē: tamē etiā ꝓpter cois ritus aſſimultiōeꝫ. nā ritꝰ et cōſuetudo cois hoc habꝫ: vt in locis deputatis ad hoc comūiter orones fiāt: et ꝑ hoc pōt reſpōderi: q̃ꝛ currūt vīis ſuis. ¶Sequit̃ ſcđa ps in qua gratiaꝝ actionū rōnē aſſignat ibi. Dñe ſancte pater. vel potiꝰ gratias agendo deo ꝓbat. Dixerat enī ſupra ꝙ gratias agere erat dignū iuſtū equū ⁊ ſalutare: ꝙ licꝫ iſtoꝝ hic ꝓbat dicendo. Dñe ſancte pater igit̃. dignū. pater omipotens igit̃ iuſtū. eterne deꝰ igit̃: equū. ꝑ xp̄m dñm nr̃m igit̃ ſalutare. q̃ꝛ ꝑ xp̄m ſalutati ſumꝰ vel dignū rōne dñi. ideo dicit̃ dñe ſancte: iuſtū ratione paternitatis. ideo dicit̃ pater oīpotens: equū rōne diuinitatis. ideo dicit̃ eterne deꝰ: ſalutare rōne redēptionis. ideo dicitur ꝑ chriſtū dñm noſtrū ¶Sequit̃ tercia pars in qua ad deū laudādū exēplo angeloꝝ nos ꝓuocat dicendo. ꝑ quē ſcꝫ chriſtū inmediate dictū maieſtatē tuā laudāt angeli: et hoc voce vel mētibꝰ orant dominationes que ſunt vnꝰ ordo inter nouē ordines angelorū tremūt poteſtates: que faciūt aliū ordinē iſti dicūt̃ tremere: ideſt admirare vl̃ ſeruire et nō ſolū angeli qui habēt rōnē: imo etiā celi iuxta illud Daniel. Bñedicite celi dño: q̇ pro tanto benedicūt: Quia ex ſua formoſitate pulcritudīe ⁊ luminoſitate: nos ad bñedicēdū inducūt. Itē celi celoꝝ: ꝑ v̇tutes que faciūt aliū ordinē: ac beata ſeraphin: que ſunt ſupremꝰ ordo: ſocia exultatione cōcelebrāt. Et nota hic: ꝙ quāuis ſint nouē ordines angeloꝝ: hic tamē nō accipiunt̃ niſi ſex: tres de media ierarchia. Supmꝰ ordo ſcꝫ ſeraphin de ſumma ierarchia: infimus vero ſcꝫ angeloꝝ de inferiori ad deſignādū: ꝙ oms ſupremi infimi et medii ſibi aſſiſtūt laudant ⁊ cantāt. Ad euidētiā ergo pleniorē habendā iſtoꝝ verboꝝ notāda ſunt

aliqua et uidēda. Primo quot ſūt ⁊ quomo diſtinguūt ierarchie et ordines angelorū et eſt dicendum: ꝙ in angelis eſt triplex ierarchia: et in qualibet ierarchia ſunt tres ordines: loquēdo g° groſſom°: diſtinctio eorū poteſt uideri aliqualr̄ p ſimile. in terreno principatu: qr miniſtrorū qui ſūt ſub vno rege triplex eſt differentia: nam quidā inmediate operant̄ circa pſonam regis, quidā autem deputant̄ ad alia officia: puta ad regimē regni in cōmuni: quidam autē ad regimen alicui9 ptis regni: primis aſſimilatur prima ierarchia: ſecūdis ſcda: terciis tercia. Sed in qualibet ierarchia ſunt tres ordines: quoru3 ſufficientia. poteſt ſic haberi. quia nos uidem9 ꝙ inter miniſtros qui circa pſonā regis ſunt: ul' operant̄ ⁊ eſt triplx̄ differencia. quida3 ſunt ſicut anteceſſores: ⁊ his ſimiles illis de ordine ſuperiori qui dicunt̄ ſeraphin: qd interpretatur ardens in amore dei. quidam ſunt ſicut cōſiliarii: et his ſimiles illis de ordine: qui dicuntur cherubin: qui interpretatur plenitudo ſcientie. quidā ſūnt ſicut cubicularii. et his ſimiles ſūt illis de tercio ordine. dicti troni: in quib9 debet ſedere et quieſcere: dū eos in ſe quieſcere facit ⁊ ſic accipitur diſtinctio p̄me ierarchie. Quātū ad ſcdm ſciendu3. ꝙ inter illos qui deputant̄ ad regimē toti9 regni eſt triplex differentia. Nam ad hoc ꝙ regimen alicuius comitatus bene et pacifice diſpenſetur: ſunt aliqui tanquam ſentenciātes quid vnicuiq3 debeat̄. Verūtamē quia omnis ſentēcia debet eſſe efficax ⁊ recta: indiget auxilio et adiuuamine et dirigente et conſiliāte. Ideo ſunt alii ſentenciā exſequētes: et exſecutionē facientes: ut nichil ſit impoſſibile qd per ſentencia3 determinat̄. Ite3 ſunt alii ut ſentencia ſit recta tanquā dirigentes cōſulētes et imperantes p̄mis aſſimilāt̄ ordo tercius ſcde ierarchie qui dicitur poteſtas quibus cōpetit arcere aereas poteſtates. Scdis vero ſcd9 vel medi9 ordo qui dicit̄ virtutes: quib9 attribuit̄ miracl'a facere ſed terciis aſſimilat̄ ordus p̄m9 ſecūde ierarchie que dicit̄ dn̄atiōes: quib9 attribuit̄ dirigere et imperare in omnib9 miniſteriis diuinis: ⁊ ideo eſt p̄mus et ſic accipitur diſtinctio ſcde ierarchie. Quantū ad terciu3 eſt ſciendū ꝙ inter illos qui habēt poteſtatē limitatā et determinatā ad aliquā partē regni eſt triplex differencia. qr quidā limitant̄ ad vnā ꝓuinciā: ſicut princeps quidam ad aliquā partē: ſicut ſeneſcalſi: quidā ad vnum locum ſicut prepoſiti et baiuli: ſic in tercia hierarchia: aliq deputant̄ ad vna3 ꝓuincia3: ⁊ iſte ordo eſt p̄mus qui dicit̄ principat9 ſicut princeps pſarū: de quo habet̄ Danielis. x°. qui p̄ereat pſis. Quidam autē limitant̄ ad vnū hōine3 et hoc dupliciter. aut quantum ad bonū cōmune multoꝝ qd expletur per unā pſonā: ſicut cōcepcio beate Marie vginis: ⁊ ad hoc deputatur ſecūd9 ordo: qui dicit̄ Archangeli: qui habent magna nunciare ſicut Gabriel. Aut quātu3 ad illa que ptinent ad ipſu3 hōinē tantū: et ad hoc deputat̄ terci9 ordo qui dicunt̄ angeli: q habēt minima nūciare: quorum eſt homines cuſtodire vt infra videbitur. Et ſic habes tres ierarchias ⁊ nouē ordines angloꝝ. Scdo circa hoc ꝙ dicuntur angeli querūt̄ mlta. Primo vtrū omnes homines habeāt vnū angelū cuſtodem. Scdo utrū deputent̄ ad cuſtodiam hominū a natiuitate. Tercio

Tercio queritur vtrum doleant an
geli de dampnatione cuſtoditis.
Quarto quot ſūt effectꝰ angelice
cuſtodie. Quinto quare nobis ſer
uiūt. Sexto quare meliꝰ ſcimꝰ no
mina triū angeloꝝ ſcꝫ Michaelis
Gabrielis Raphaelis quā aliorum
¶ Ad primū argumentū ꝙ nō om
nes homines habent angelū cuſto
dem ita ꝙ quilibꝫ ſuū ꝓpriū hēat:
quia xp̄s fuit homo: ſed ipſe nō ha
buit cū eſſet maior angelꝭ ergo ⁊c̄.
Item Adam in ſtatu innocētie ſal
tim non indigebat: qr periculꝭ non
anguſtiabat̄. Item videt̄ de Ante
criſto ꝙ non habeat nec debeat ha
bere: cū nullū faciat bonū. imo di
citur. ii. ad theſalo. iiᵒ. ꝙ aduentꝰ
eius et vita erit ſcd̄m operationeꝫ
Sathane ergo ⁊c̄. Reſpōdeo ⁊ dico
ꝙ homo in ſtatu vite iſtiꝰ cōſtitu
tus eſt quaſi in quadā via qua ten
dere debet ad priam: in qua quidē
via multa pericl̄a preheminēt ho
mini: tam ab interiori quā ab exte
riori: ſcd̄m illō p̄s. In via qua am
bulabā abſconderūt ſuperbi laqueū
michi: et ideo ſicut hominibꝰ viaꝫ
tutam nō ambulātibꝰ dant̄ cuſto
des: ita cuilibet homini quamdiu
viator eſt: eſt cuſtos angelus depu
tatꝰ: quādo aūt ad terminū perue
nerit vie: iam nō habebit cuſtodē.
ſed in regno celi habebit angelum
congregantē: in inferno demoneꝫ
preuenientis. p̄dicta aūt declaratio
confirmat̄ per auctoritatē Ihero.
exponētis illō Mathei. Angeli eoꝝ
ſemp videt ⁊c̄. Vbi dicit ſic Mag
na dignitas animaꝝ vt vna queqꝫ
habeat ab ortu natiuitatis angelū
in ſui cuſtodiaꝫ deputatū. Et ideo
reſpondeo ad argumēta. Ad primū
de xp̄o dicendū: ꝙ ipſe ſcd̄m quid
homo regebat̄ inmediate a v̄bo dei:
vnde nō indigebat vt ſic. Itē p̄m
animam erat comprehenſor: ⁊ ſic
erat maior angelis et ſic non debe
bat̄ ſibi angelꝰ tanq̄ ſuperiori licꝫ
rōne paſſibilitatis corporis eſſet mi
nor angelis: habuit tamē angelū
tanq̄ miniſtrū iuxta illō Mathei
.iiiiᵒ. Sed rōne paſſibilitatis corpo
ris erat minor et vt ſic nō debebat̄
ſibi angelus tanq̄ ſuperior habuit
tamē angelū tanq̄ miniſtrū iuxta
illud Mathei. xᵒ. Acceſſerūt angeli
et miniſtrabāt ei. Ad ſcd̄m dicēdū
de Adā ꝙ licet nō immineret ſibi
pericl̄m ab interiori in ſtatu inno
cēcie. qr interiꝰ omnia erant ordi
nata imminebat̄ tamē ab exteriori:
propter inſidias diaboli vt patuit
euidenter. Ad terciuꝫ de Antexp̄o
ꝙ licet prefati et Antexp̄s nō iu
uentur p angelū: quātū ad hoc vt
vitā eternā mereant̄: iuuāt tamē
ad hoc ꝙ a malis quibuſdā retrahū
t̄ quibꝰ ſibi ⁊ aliis nocerēt. ¶ Quā
tū ad ſcd̄ꝫ vtꝝ a natiuitate ſint de
putati hoībꝰ vt cuſtodes a natiui
tate. Dicēdū ꝙ de hᵒ ſūt due opinio
nes: quidam dicūt ꝙ ſolū a tēpore
baptiſmi. Alii ꝙ a tempore natiui
tatis. ⁊ hoc dicit expreſſe Ieronꝰ
vt ſupradictū eſt: et certe rationabi
liter. Naꝫ bn̄eficia que dant̄ homi
ni diuinitꝰ: eo ꝙ eſt criſtianus: in
cipiunt a tempore baptiſmi: ſicut
ꝑcepcio euchariſtie et alia huiuſmo
di ſcd̄m ea qꝫ prouident̄ homini a
deo inquātū habet rationabilē na
turam etiam tūc exhibent̄ ex quo
naſcendo talem naturam accepit.
et tale beneficiū eſt cuſtodia ange
loꝝ: vt ex dictis patet. vnde ſtatim
a natiuitate habet angelum ad ſui
cuſtodiam deputatū. Quantū ad
terciū vtrū doleant de damnatiōe
eorū quos cuſtodiūt. Reſpōdeo ꝙ
ſic ut Luce xvᵒ. Angeli gaudēt de
peccatore penitēciā agente: ergo

dolent de iuſto in peccato cadente
et de hōine in peccato mortali mo
riente. Dicendū ꝙ angeli nō dolēt
de peccatis hominuȝ neqȝ de penis
ratio eſt: qꝛ triſticia nec dolor non
eſt niſi de his que contrariātur vo
lūtati: nichil autē accidit in mun
do qđ contrariat̄ volūtati anglorum:
qꝛ uolūtas eoruȝ totaliter inheret
ordini diuine iuſticie: nichil auteȝ
poteſt eſſe niſi ꝑ diuinā iuſticiam
fiat: aut permittat̄ fieri. ideo ſim
pliciter loquēdo: nichil fit cōtra vo
lūtatē angelorum. Vnde licet angeli
in vniuerſali et abſolute nolūt pe
nas hōinū et peccata hōinū: tamē
in particulari cōſideratis omnibus
circunſtanciis: prout hic ſcȝ ordo
diuine iuſticie ſeruat̄ ſecundū que
quidē penis ſubdunt̄ et peccare per
mittūtur. Ad argumētū ergo dicē
dum: ꝙ tam in penitēcia quam in
pena et peccato manet vna ratio
gaudii angelis. ſ. impletio ordinis
diuine ꝓuidēcie: et ſic dicunt̄ gau
dere. Ad quartū dico ꝙ multiplex
effectus eſt angelice cuſtodie. ꝑmꝰ
impedimētū boni ⁊ occaſionē mali
remouere: et ad bonū reuocare exē
plum geneſis. xvi°. Vbi legit̄ ꝙ an
gelus reuocauit Agar fugientem
dñam ſuā: et ad hūilitatē reduxit.
Scđꝰ ꝑſecutiōes hūanas mitigare:
Danielis. iii°. Angelus dñi deſcen
dit de celo in fornace ⁊c̄ et fecit flā
maȝ ignis: quaſi ventū roris: Ter
ciꝰ cōtra hoſtes uiſibiles dimicare
. iiii°. regū. xix°. Venit Anglꝰ dñi
et ꝑcuſſit in caſtris aſſiriorum. Quar
tus oratiōes deo ꝓſentare Thobias
. xii°. Quādo orabas cū lacrimis:
ego obtuli orōnē tuā deo. Quintꝰ
viā ſalutis oſtēdere Thobie. v. ego
ſaluū ducā et reducā filiū tuū ad te
dixit Angelus. Sextꝰ in agēdis di
rigere: Danielis. x°. veni ut docē

te que ventura ſunt pplo tuo. Septi
mꝰ a peccatis ſuſcitare actuū. xii°.
Ecce angelꝰ dñi aſtitit. ⁊ ſequitur
ꝑcuſſoqȝ latere Petri ⁊c̄. Octauꝰ
ſecreta reuelare: Thobie. xii°. dicit
Raphael angelus. Manifeſtabo vo
bis ueritateȝ ⁊ non abſcōdā a uobis
ſermonē occultū. Nonꝰ ad ſuperi
ora excitari. iii°. regū. xix°. vbi le
git̄ ꝙ dixit angelus dei prophete
helie ſiue Elizeo. Surge ⁊ comede
grandis eniȝ tibi reſtat uia. Deciꝰ
conſolare meſtos Thobie. v°. forti
aīmo eſto in proximo eniȝ eſt ut a
dño curetis. Vndecimꝰ increpare
malos numeri. xxii°. dixit angelꝰ.
cur uerberaſti tercio aſinaȝ tuam.
Duodecimꝰ arcere demōes Thobie
vltimo. demonem ad uxoris uiam
cōpeſcuit ¶ Ad quītū quare nobis
ſeruiūt: dicēdū ꝙ ꝓpter tria prop
ter ruine reparationē: ꝑmo qꝛ hōi
nes ibi ponēt̄ ubi angeli ceciderūt.
Scđo ꝓpter meriti cumulationē:
quia merita eis augent̄ loquēdo de
ꝑmo accidētali. Tercio ꝓpter amo
res erga nos inſinuātes. Ad ſextū
quare tres angeli apud nos nōiāt̄
ſcȝ Michahel Gabriel ⁊ Raphael.
dicēdū ꝙ tres apud nos ſūt noiati.
Primꝰ eſt Michahel cuiꝰ officiū
eſt eſſe ꝓpoſitū eccleſie ſicut alias
fuit ſinagoge ⁊ portare aīmas quā
tū ad merita ⁊ demerita pōderare:
et in paradiſū aīmas ponere: cū dra
cone pugnare: et populo dei ſubue
nire iuxta illud Apoca. xii°. Micha
hel ⁊ angeli eius preliabant̄ cū dra
cone. Secūdus eſt gabriel qui habȝ
magna et ſecreta nunciare populo
hic annūciauit natiuitatem criſti
et Jo. baptiſte. Terciꝰ eſt Raphael
cuius officiū eſt populū conſolari.
vnde fuit miſſus Thobie. Ratio au
tem quare iſti nominant̄ eſt: quia
opportebat horum nomina ſcire:

eo ꝙ ad eos habebat recurrere in firmitas humana pro ſubſidio ad Michaelẽ. qꝛ ipe ẽ ꝑnceps poteſtatũ qui hȝ arcere demonũ poteſtatẽ ideo interꝑtatᷣ quia ut deꝰ: nec ex ipſo actu et noĩe debꝫ intelligi: quia nullꝰ põt facere id qd̃ facere ꝑualȝ deus. ut dicit Gregoriꝰ ad Raphahelẽ ꝓ remedio ſanitatũ ⁊ miraculoꝝ. qꝛ ipſe eſt ꝑnceps ꝟtutũ: ideo medicina dei interꝑtatᷣ. Ad Gabrielẽ ꝓ miſteriis diuinis et ſecretis offerẽdis et declarandis: qꝛ ipſe eſt princeps archãgeloꝝ qui habẽt miſteria dei nũciare: ideo interpretatᷣ fortitudo dei. iõ iſti tres apud nos ſolũ nominantᷣ et nõ alii ꝓpter iã dicta ¶ Sequitᷣ quarta ꝑticľa ĩ qua nos cũ angeľ ſuſcipi et cũ eis nr̃as laudes acceptari ſupplicat ibi: Cuȝ quibꝰ et nr̃as voces ut admitti ⁊c̃. Dicit ergo cũ quibꝰ. ſ. ordinibꝰ ſupra dictis ⁊ nr̃as voces: quibꝰ. ſ. te laudamꝰ ut admitti ideſt acceptari iubeas deꝑcamur: et hͦ ſupplici cõfeſſiõe dicẽtes. Circa hãc ꝑticulam querunt aliqua. Priͦ utꝝ hoĩes aſſumantur ad ordines angeloꝝ. Et dicẽdũ ꝙ hoĩes ad ordines angeloꝝ aſſumi põt dupliciter intelligi. ſcȝ aut ſm gdũ nature: aut ſm dona gr̃e. Nã ordĩes angeloꝝ diſtinguũtur ⁊ ſm cõditões nature et ſcd̃m dona gr̃e. Si gͦ cõſiderentᷣ ordines angeloꝝ ſolũ q̃tũ ad gradũ nature et cõditiõeȝ ſic homines iſto modo nõ poſſunt aſſumi ad ordines angelorum: quia ſemper remanebit naturarum diſtinctio. Si autem conſiderentur ſcd̃m dona gratie que dependet ex liberalitate dei: ſȝ dico ꝙ homines per donum gratie tantũ poſſunt mereri ꝙ angelis equẽtur ſcd̃m ſingulos angeloꝝ ordĩes et hoc cõſonat re⁊ꝓmiſſio xp̃i dicentis Luce. xxͦ. ꝙ filii reſurrectionis erũt equales angelis in celo. ſ. ſm gradũ glorie. Secũdo queritᷣ utrum in celo ſit laus vocalis: quia in hac prefatione dicitur laudant angeli. Item dicitur: Cum quibus ⁊ noſtras voces. Ideo queritur utꝝ ſit ibi laus vocalis angelorum aliquo modo audibilis. Et dicendũ ꝙ q̃uis angelꝰ nõ emittet vocẽ que eſt ſonꝰ formatꝰ naturalibꝰ inſtrumẽtis que ſunt pulmo: arteria vocalis: guttur: et labia et huiuſmõi quibꝰ angelꝰ in natura ſua totalr̃ caret: tñ nõ eſt incõueniẽs ꝙ ſicut ꝟtus angelica põt mouere corpa humana ſicut poſſit habere aliqua que ſũt cõueniẽtia ad vocis formatiõeȝ modo et ꝟtute equipollentia et eminẽtia: ut ſic audiatᷣ vox a ſonatiſſima et meliodiſſima ꝟtute ſuper equipollẽtẽ ꝟtutem formataȝ organi naturalis. Secundo queritᷣ quantum ad homines poſt reſurrectionem. Utrum ſit ſibi laus vocalis et voces humane: et videtur ꝙ non. quia oportȝ ꝙ vox formetᷣ in aere: ſed celum empirreum vbi tunc erunt corpora omnia humana eſt ſuper omnem aerem: ergo ⁊c̃. Item celum empirreum eſt valde ſolidum: nec poteſt cedere formationi vocis: ergo ⁊c̃. Ad hoc dicendum: ꝙ communiter ab omnibus tenetur: ꝙ in celo poſt reſurrectionem erit laus vocalis. Sed de modo dubitatur. Dicitur ergo ꝙ poteſt fieri: ꝙ celum empirreum cedat formationi vocis: uel forte corpus glorificatuȝ habebit infra ſe aerem interiorem qui nec expelletur nec corrũpetur: ſed dubium eſt ſtatim quo modo uox multiplicabitᷣ niſi aer expellatur. et dicũt aliqui ꝙ ſicut odor multi

plicatur per medium non mutan
do ſubiectū: ſed quidquid fit de me
dio credendū eſt ꝙ erit laus vocal
et utroqꝫ modo deū laudant.

❡De pꝛefationibus

T Iſo de prefatione in gene
rali: Nunc videndum eſt
de eis in ſpeciali. Circa qđ
videbuntur duo. Primo quot ſūt
prefationes ſpeciales. Et dicenduꝫ
ꝙ decem. Nam Pelagiꝰ papa na
tione Romanus: de quo ſuperius
dictuꝫ eſt: ſtatuit nouem: ſicut ha
betur de .conſe. di .i. caº. Inueni
mus. Sed Vrbanus papa ſecundꝰ
addidit decimam de beata virgine
Maria: que incipit ſic. Et te in ve
neratōe ꝛc̄ ul natiuitatis uel aſſū
tione uel purificatione ꝛc̄. Secun
do prefationes ſunt exponende et
agetur de qualibet in ſpeciali eo or
dine quo in noſtꝛo miſſali ſcribunt̄
et notantur bene ❡Prima prefa
tiō eſt de natiuitate domini et inci
pit. Quia per incarnati verbi mi
ſteꝛium: in qua pꝛefatione eccleſia
recognoſcit primo: ſacre incarnati
onis miſterium ibi. Quia per in
carnati miſterium. Circa hec que
rūtur duo. Primo quare incarna
tio vocatur miſterium. Dicenduꝫ
ꝙ rationabiliter: quia miſterium
idem eſt ꝙ ſacrum ſecretum: tale
autē eſt ſecretum incarnationis:
quia mens aliqua rationalis ad ip
ſum attingere non valet: nunc ul
lo modo capere poteſt: quomodo
verbum caro factum eſt: Johānis
.iº. Secundo queritur quare ver
bum dei vel filius dei magis eſt in
carnatus ꝙ̄ pater uel ſpiritus ſanc
tus. Et dicendum ꝙ incarnatioēꝫ
omnes tres perſone fecerunt: quia
indiuiſa ſunt opera trinitatis ad ex
tra: ſed ipſa incarnatio ſolum fuit
terminata ad filiū ſic ꝙ filiꝰ ſolus
eſt indutus carne: quare autem
magis filio poſſunt aſſignari: ad hº
ſex perſuaſiones habentur. Pria
quia congruum erat: ꝙ qui erat
filius in diuinitate eſſet filius in
humanitate. Secūda ne idem eſſet
filiꝰ ꝛ pater: ſi eni pater ex homīe
naſceretur ſic eſſet confuſio in ſig
nificatōe vocabulorū: ꝙ quando di
cemus filium diceremus patrem:
et econuerſo. ideo ad hoc vitanduꝫ
congruum fuit filium incarnari.
Tercia ut filius dei eſſet medius
inter hominē et deū qui eſt mediꝰ
inter perſonas diuinas: vnde apo
ſtolus dicit. Mediator dei et homi
num Jheſus criſtus. Quarta qꝛ
ſi pater uel ſpiritus ſanctus eſſent
incarnati eſſent duo filii: et ſic ne
ſciremus quando fieret mentio de
vno uel de alio. Quinta quia po
tētia attribuituꝛ patri: ideo peccā
tes ex potentia peccāt in patrem:
Bonitas attribuit̄ ſpiritui ſancto.
idō peccātes ex malicia: peccant in
ſpūm ſcūꝫ. Sapiētia aūt attribuit̄
filio. ideo peccātes ex ignorātia pec
cāt in filiū. Adā aūt nō peccauit ex
impotētia cū eſſet in ſtatu nature
pfecte nec ex malicia: qꝛ ſic peccaſſꝫ
anteꝙ̄ peccaſſet: ſed peccauit ex de
fectu ſapiētie ſiue ex ignorātia. idō
peccauit cōtra filiū ꝓpter ꝙ decuit
ipſū magis incarnari. Sexta quia
ōbū magis cōgruit p̄dicatōi: ꝛ qꝛ ꝑ
p̄dicatōꝫ illiꝰ qui incarnaret̄ trahi
ad fidē debebāꝰ. idō decuit vbuꝫ ſiue
filiū incarnari potiꝰ ꝙ pr̄ vl ſpūs
ſcūs. Scđo eccl̄ia in iſta p̄fatōe re
cognoſcit diuine illumiatōis p̄ſidiū
ibi noua mētis nr̄e oculis lux tue
claritatis infulſit: quia ad litteraꝫ
de his que debemus credere et ſpe
rare ſumus informati ꝑ verbum

incarnatum et illuſtrati: quia vt dicitur Luce.i°. Ipſe venit illuminare hiis qui in tenebris et in umbra mortis ſedēt. Tercio recognoſcit alte cōtemplationis ſolatiū ibi. cū dr̄. Vt dū viſibiliter deū cognouimus: q2 vbū caro factū eſt et vidimus glām ei9 Johā.i°. per hūc .ſ.deū viſū in carne in inuiſibiliū que.ſ.uidere nō poſſum9 hic exiſtētes amore rapiamur.ſ.raptu mētis. Quarto recognoſcūt dié iubilatiōis tripudiū ibi. Ideo cū angelis et archāgel̄ 7c̄. Et hic ponunt̄ fere oēs ordines angeloꝝ: q2 in die natiuitatis dn̄i angeli cātarūt laudes deo dicendo. Gloria in excelſis deo 7c̄.

## De epiphania

Secunda prefatio eſt de epiphania dn̄i in qua breuiter duo cōtinent̄. Primo ſublimitas muneris apparentis cū dicit. Quia cū vnigenit9 tu9 in ſubſtantia nr̄e mortalitatis apparuit ſcȝ carnem aſſumendo. Secundo utilitas hominis indigentis cum ſubditur. In noua nos mortalitate ſue luce reparauit. Dicitur autē epiphania ab epi q̄ eſt ſupra 7 phanos apparitio: quia in illa die apparuit filius dei tribus regibus ipſum adorantibus.

## De ieiunio

Tercia eſt de quadrageſima ſcȝ de ieiunio cuȝ dr̄. Qui corpali ieiunio vicia cōprimis menteȝ eleuas v̄tutē largiris 7 p̄mia p xp̄m 7c̄. in qua ponūtur quatuor utilitates ipſius ieiunii. Prima eſt quia vicia cōprimit et purgat: ideo dicit: Vicia cōprimit Secūda q2 mentē eleuat uel erigit ad ſupna: ideo dicit mētem eleuas Tercia eſt q2 v̄tutes colligit et cōgregat. ideo dicit. virtutē largiris Quarta eſt q2 premia acquirit et donat. ideo ſequitur et premia: et quia omnia iſta fiūt in virtute criſti: ideo cōcluditur: per criſtum dominum noſtrum.

## De reſurrectione

Quarto prefatio eſt de reſurrectione ſcȝ. Te quidem domine omni tempore 7c̄. In qua quatuor oſtendūtur. Primo temporis ſūmam congruitatis cum dicitur. Te quidem domine omni tempore: ſed in hac dié potiſſimum glorioſius predicare. Nam nunc potius eſt laudandus et exaltandus: Quia reſurrexit propria virtute tamq̄ ille qui habet omnē poteſtatem. Secūdo paſſionis acerbitas: cum dicitur. Cum paſca noſtrum immolatus eſt criſtus. Ad cuius verbi euidētiam notat: q̄ filii iſrahel colebāt paſcha: in ſignū 7 memoriem trāſit9 angeli percucientis interficiēdo primogenitos egiptiorum tranſeundo et dimittendo hebreos: qui habebant de ſanguine agni linita liminaria domus. Ideo paſca quod interpretatur tranſitus celebrant: uel etiam in memoriam tranſitus maris rubri: q̄ pede ſicco tranſierunt filii iſrahel egiptiis ſubmerſis. Vnde exodi. xv. dicitur. Filii autem iſrahel ambulauerunt per ſiccum in medio maris. Ideo paſcha celebrabant et agnum immolabāt ad veſperam: ut habetur exodi. . Similiter nos colimus paſcha: in ſig trāſitus filii dei per limbū de quo eduxit ſanctos patres malis dimiſſis in penis et hoc per ſanguinem

ſuum redimendo et tranſeundo p mare rubrũ ideſt p iſtũ mũdũ nos liberãdo qui ꝓ oĩb9 in ueſpa paſce iudeoꝝ ver9 agnus fuit immolat9 ſicut p̃dixerat Iſayas ꝓpheta: iõ dr̃ cũ paſcha nr̃m imolat9 é xp̃s nõ agn9 iudeoꝝ tipic9 ⁊ figurat9 ſ3 ip̃e xp̃us qui eſt ueritas. Tercio oſtendit̃ patiẽtis trãquillitas cũ ſubdit̃. ipſe eni .ſ. xp̃us ver9 eſt agn9 qui abſtulit peccata mũdi. Quarto paſſionis utilitas cũ ſubinfert̃. q̃ mortẽ nr̃am moriendo deſtruxit et uitã reſurgẽdo reparauit. Et eſt ſenſus qui mortẽ noſtrã ideſt peccatũ de quo dicit Iacob9. Peccatũ cum cõſumatũ fuerit generat mortem ipſe deſtruxit et hoc moriendo corporaliter ꝓ nobis ⁊ vitã ſc3 gratie ⁊ glorie reſurgẽdo reparauit: quia ſ̃m apl̃m. Si xp̃s reſurrexit et nos reſurgem9 qui ſumus eius mẽbra niſi ex patre nr̃o deficiat.

## De aſcenſione

Quinta prefatio eſt de aſcẽſione ſui poſt mortẽ ſuam ibi. Qui poſt reſurrectiõ3 oĩb9 diſcipulis ⁊c̃: vbi quatuor oſtẽdunt̃. Primo reſurrectiõis viſibilis ꝓbatio cũ dr̃. Qui poſt reſurrectiõ3 diſcipulis manifeſtus apparuit. Secũdo ſolempnis ſublimatio cũ dr̃. Et ipſis cernẽtibus eleuat9 eſt in celũ. Tercio reſurrectiõis utilis inchoatio cũ dr̃. Vt nos ſue diuinitatis tribueret eſſe pticipes. Quarto noſtre mẽtis eleuatio cũ ſubinfert̃ et ideo cum angelis.

## De penthecoſte

Sexta de pẽthecoſte ſcilicet qui aſcendens ſuper omẽs celos ⁊c̃: ubi inueniuntur quinq3 Primo aſcenſionis dignitas ibi: Qui aſcendens ſuper omnes celos Secundo aſcenſionis felicitas ibi: Sedenſq3 ad dexteram patris. Tercio promiſſionis caritas ibi. Promiſſum ſpiritum ſanctum. Quarto impletionis fidelitas ibi. Hodierna die in filios adoptõis effudit. Quinto p̃ſentis diei ſolẽnitas ibi. Quapꝓpter ꝓfuſis gaudiis tot9 ⁊c̃

## De trinitate.

Septima eſt de trinitate ibi cũ vnigenito filio tuo: Primo quid debemus credere de trinitate ipſa quia ſcilicet perſonarum in eſſentie unitatem: Ideo dicitur. Qui cum unigenito filio tuo et ſpiritu ſancto unus eſt deus: oportet ergo credere in trinitate unitatem eſſentie. ideo dicit vnus eſt deus vnus eſt dñs: contra errorem antiquorũ: qui dicebãt duas in deo eſſe ſubſtantias. Sed ut credamus in vnitate trinitatẽ pſonaꝝ: ſubdit̃. Nõ in vnius ſingularitate pſone: ſed in vnius trinitatis ſubſtãtia: cõtra errorem ſabellioꝝ: qui negabãt pluralitatẽ pſonarũ. Secũdo oſtendit̃ ꝙ debẽ9 credere de pſonarũ dignitate: quia ſc3 eaꝝ inequalitatẽ cu3 dr̃. Quod enim de tua gloria reuelãte te credim9: q2 nichil ſcim9 de trinitate niſi p reuelatõ3 h° de filio tuo: h° de ſpũ ſcõ: q2 equales ſint in gl̃a ideo Athanaſius equalis gloria cotẽ eterna maieſtas. iõ t̃re3 equalita ſine differẽtia diſcretõis ſẽtim9 q2 in hoc nõ differũt imo cõueniũt ⁊ ſũt vnũ. Ter° q̇d debẽ9 credere de pſonaꝝ diuinaꝝ emanatõe ⁊ ꝓceſſione vni9 ab alio ibi: ut in cõfeſſiõe vere ſẽpiterneq3 deitatis et pſõis proprietatis ſcilicet debet credi et adorari; proprium aũt eſt filii ꝙ

ſit a patre: patris aũt ꝙ ſit a nullo ſpirit9 ſancti: ꝙ ſit ab utroqȝ ſicut lux eſt a ſole: et nõ ecõuerſo. vnde gubernare cõuenit patri: generari filio: procedere autem ſpiritui ſcõ. et hee ſunt ꝓprietates eorũ. et iõ dicit in pſonis ꝓprietas: et tamẽ q̃uis pſonal'r realiter diſtinguat᷑: non tñ eſſential'r. ideo ſubdit᷑ et in eſſentia vnitas. quia ſunt vn9 de9 omnes tres pſone: et nõ tres dii: ꝓpter qd̃ ſequitur: ⁊ in maieſtate adoretur equalitas. Quarto ponit᷑ quid debem9 credere de ipſis trini tate collaudatõe: q2 ſemp laudatur ab angelis. ideo ſubdit᷑: quẽ laudãt angeli atqȝ archãgeli qui ſunt or dines inferiores: cherubin quoqȝ ac ſeraphin: qui ſunt ordines ſupe riores qui nõ ceſſant ⁊c̃.

## ❡De ſancta cruce.

Octaua prefatio eſt de ſãcta cruce ſcȝ qui ſalutẽ humãi generis ⁊c̃. vbi duo cõſide rant᷑. Primo xp̃i paſſiõis utilitas: cũ dicit qui ſalutẽ hũani generis ubi patet duo. ꝑmũ ẽ qd̃ paſſio xp̄i fuit volũtaria iõ dr̃ q̃ ſalutẽ hũani generis in ligno crucis cõſtituiſti Scõȝ eſt ꝙ fuit ſatiſfactio: ideo dr̃. ut unde mors oriebat᷑ inde vita re ſurgeret. Secũdo oſtendit᷑ crucis ſublimitas: et hoc in duob9. primo in hoſtiũ ꝓſtratõe: cũ dr̃. Et qui p lignũ vincebat p lignũ quoqȝ vin ceretur. ſecũdo in crucifixi cõditi one: q2 dr̃. per xp̃m dñm noſtrũ.

## ❡De apoſtolis.

Nona prefatio eſt de apoſto lis ſcȝ equũ et ſalutare: te dñe ſuppliciter exorare: in qua pri mo p̃mittit᷑ deuota ſupplicatio ibi te dñe ſuppliciter ⁊c̃. ſecũdo expli cat gregis preſentationem ibi. ut gregem tuum paſtor eterne de9 ⁊c̃ tercio petit gregis ꝓtectionẽ ibi: ſed per beatos apoſtolos tuos conti nua ꝓtectõe cuſtodias. quarto op tat ſupernam gubernationem ibi hiis quidem rectoribus guberneť: quos operis tui uicarios eidem cõ tuliſti preeſſe paſtores.

## ❡De beata uirgine

Decima eſt de beata ỽgine quam Vrbanus papa com pilauit ut dictũ eſt ſcilicet et te in ueneratõne: in qua quatu or priuilegia tangunt᷑. Primum excellentia perſonalis cum dicitur Et te in ueneratiõe beate Marie. Secũdo maternitas diuinal's ibi: que et unigenitum tui ſancti ſpũs obumbratõe cõcepit. Tercio digni tas ỽginalis cũ dicit᷑. et ỽginitatis gl'a ꝑmanente. Quar° leticia uni uerſal' cũ ſequit᷑ huic lumẽ mũdo eternũ effudit Jheſum xp̃m dñm nr̃um ⁊c̃.

## ❡De ſanctus

Sequit᷑ tercia pars principalis huius quarte ptis: in qua laus diuina a popu lo decantat᷑. ſ. ſcũs ſcũs ⁊c̃. Circa qd̃ quatuor ſũt uidẽ da. Pri° uñ ſumit᷑. Et dicẽdũ ꝙ p tim ab Yſaie. vi. c°. uſqȝ ad iſtũ lo cũ oſanna inexcelſis: et partim ſu mitur de euangelio Math. xi. q̃tũ ad hoc ꝙ dicitur oſanna inexcelſis benedictus qui uenit ⁊c̃. Secundo queritur quid ſignificat aut quare cantatur. Et dicendũ ꝙ in ſignũ num cantus puerorum in proceſ ſione facta: Criſto dum intra

uit iherusalem ut habetur Mathei .xxi. Tercio queritur quomodo exponitur ⁊ ſciendum ꝙ iſte cantus angelic9 ⁊ humanus diuidit̃ in duas ptes q2 primo ponunt̃ pertinẽtia ad laudem diuinitatis cum dicitur ſanctus ſanctus ſanctus ⁊c̃. Secundo pertinentia ad laudem hũanitatis cum dicitur benedictus qui uenit ⁊c̃. Circa primum quatuor dicim9. primo trinitatem perſonalem cum dicimus ſanctus ter. Secundo unitatem eſſentialem cum addim9 dominus deus. Tercio immortalem poteſtatem cum dicim9 ſabaot quod interpretatur exercit9 ſcilicet angelorum et hominum. Quarto bonitatem virtualem cũ dicimus pleni ſunt celi ⁊ terra ⁊c̃. ultimo petimus felicitatem finalẽ ibi. oſanna ideſt obſecro ſalua nos in excelſis. dicim9 ergo ter ſanct9 ad reuerẽtiam trium perſonarum Nam pater eſt ſanctus filio dicente Johannis. xvii. Pater ſanctifica eos in ueritate quos dediſti michi q2 tu ſãct9 es. Jtẽ filius eſt ſãct9 a nullo nunciante ⁊ dicente Luce. i°. Quod enim ex te naſcetur ſãctũ uocabit̃ fili9 dei. Jtẽ ſp̃9 ſãct9 eſt ſãct9 filio atteſtãte Johã. x. accipite ſp̃m ſãctũ ⁊c̃. ſ3 poſt dicim9 dñs de9 ad denotãdum perſonaru3 eſſẽtie diuinitatẽ q2 una eſt diuinitas p̃ris et filii et ſp̃s ſãcti iõ deutero. vi. dr̃ audi iſrael dñs de9 tu9 un9 eſt. ſed quoꝛ ſit deus oñdit̃ inmediate cum dr̃ ſabaot ideſt exercitus angelorum et hominum quia in ditione eius et dominatõne cũcta ſunt poſita. Et notãdum quod ſabaot vt dictũ eſt ſupra eſt dictio ebrea in ueteri autem teſtamento uocatur dominus deus exercituu3 in quo oſtenditur eius ineffabilis poteſtas. ¶ Sequit̃ pleni ſũt celi ⁊ terra ideſt angeli q̇ per celu3 intelligũtur et terra. i. hoĩes gloria tua uel ad literã celi et terra ſũt pleni q2 deus habet eſſe ubiq3 Pſal. Si aſcendero in celum tu illic es. Si deſcendero in infernum ades ideo ſciẽdum ꝙ de9 eſt ſuper omnia nõ tanquam eleuatus ſubtus oĩa non proſtratus intra omnia non incluſus extra omnia non excluſus. ¶ Sequit̃ oſãna quaſi eſt cõpoſitũ ex oſi ideſt ſalua ⁊ ãna ꝙ eſt interiectio obſecratõis. uł poteſt dici oſiãna ⁊ ſũt tũc due dictões uel poteſt dici oſãna ⁊ tũc eſt vna dictio cõpoſita vñ oſãna idẽ eſt ꝙ obſecro ſalua

## ¶ De benedictus

SEquit̃ ſecunda pars in qua ponuntur pertinentia ad humanitate3 ibi benedict9 uenit in qua pte exprimimus primo legati dignitatẽ ibi benedictus qui uenit. Secundo legatoru3 auctoritatem ibi in nomine domini. Tercio officii utilitate3 ibi oſanna ideſt ſalua. Quarto finalem iocunditatem ibi in excelſis. Et nota ꝙ dr̃ hic bis oſãna in excelſis ꝓpter duplicem ſtolã gł'ie ſc3 aĩe ⁊ corporis. Jtẽ notãdũ ꝙ cũ dr̃ benedict9 q̇ uenit d3 fieri ſignum crucis ſãtificando uos: q2 ille q̇ uenit p cruci fixionẽ nos ſaluauit. Ter° notãdũ ꝙ ſeptẽ ſũt aduẽt9 xp̃i q̇ deſignant̃ p ſeptẽ antiphonas que in aduẽtu octo dieb9 añ natalẽ dñi decãtant̃. p̃m9 aduẽt9 eſt de celo in vterũ uirginis ⁊ hoc ad dãdũ nobis ſapiẽtiã et ſciẽtiã ſalutis iõ cãtam9 o ſapiẽtia que ex ore altiſſimi ꝓdiſti attingẽs a fine uſq3 ad finẽ fortiter diſponenſq3 omnia ſuauiter: ueni ad docendum nos uiam prudẽtie. Secũd9 fuit de utero uirginis in mũ

dum et tunc incepit eſſe dominus
hic ideo cãtat eccleſia. O adonai et
dux domus Jſrael qui Moiſi in ig
ne flãme rubi appuiſti ⁊ ei in ſina
legẽ dediſti ueni ad redimendum
nos inbrachio extenſo. Tercius fu
it a mundo in crucis patibulo et
tunc fuit poſitus in ſignum pphe
tarum et patriarcharum ideo dici
mus. O radix ieſſe qui ſtas in ſig
nũ populorum ſuper quem contine
bũt reges os ſuum quem gẽtes de
pcabunt. Veni ad liberãdũ nos iã
noli tardare. Quartus fuit de cruce
in nubẽ ſiue limbũ. habẽs clauẽ ⁊
apiẽs infernum iõ dr̃. O clauis Da
uid et ſceptrũ domus Jſrael q̇ apis
et nemo claudit claudis et nemo a
pit. veni ⁊ educ vinctũ de domo car
ceris ſedẽtẽ in tenebris et in ũbra
mortis. Quintus eſt ſpualis ſcz ad de
uotũ animũ quẽ illuminat et ſplẽ
dere facit p uerã noticiã. iõ cantat
oriẽs ſplẽdor lucis eterne et ſol iu
ſticie ueni et illumina ſedẽtẽ in te
nebris et in umbra mortis. Sextus
eſt ad iudiciũ ubi iudicabit et appe
bit ut rex regũ iõ dr̃ o rex gẽtiũ ⁊
deſideratus earum lapiſq; angularis q̇
facis utraq; vnũ. ueni ſalua hoĩnẽ
quẽ de limo formaſti. Septius ẽ indu
cẽs in celeſte regnũ: iõ cãtat. O E
manuel rex ⁊ legifer nr̃ expectatõ
gẽtiũ ſaluator earum. ueni ad ſaluãdũ
nos dñe deus nr̃. Querit quarto
quare immediate pꝰ pfatõem can
tat. dicẽdũ ꝙ in pfatõis fine ſacer
dos erat ut laus nr̃a et uoces nr̃e
cũ laudibus ⁊ uocibus angelorũ ſociẽ
tur ⁊ adiũgãtur uñ dicit. cũ quibus
et noſtras uoces et iõ qr ãgeli ſẽp
cãtãt ſãctus ſãctus ſãctus ut in Apoca.
hẽtur idcirco nos illis conformãdo
iſtũ himnũ et canticũ angelorum
pariter ⁊ hoĩm ichoamus tanꝗ̃ finẽ
omnium pfationum.

Canon

SEquitur quarta particula in
qua ipſe canon dr̃ ⁊ diuidit
in tres ptes ſcdm qd tria
ſũt de integritate huius ſacramẽti
eſt eñ ibi aliquid qd eſt ſacramẽtum
tm̃ et eſt ibi aliqd qd eſt res ſac ⁊
ſacramentũ ſimul et eſt ibi aliquid
eſt res ſacra tm̃ in prima g° pte cõ
tinet materie oblate bñdictio que
eſt ſacrm̃ tm̃. in ſcda ponit corpis
et ſãguinis cõſectio que eſt res et
ſacrm̃ ſimul ibi quã oblationem in
tercia ſcrmti poſtulatio que eſt res
tm̃ ibi ſup que propo ⁊c. Adhuc p
ma i tres ptes. in pma petit mate
rie bñdictõem. in ſcda eorũ p qbus of
fert ſaluatõem ibi in pmis. in tercia
ſãctorum in quorum reuerentia offert co
memoratõem ibi coĩcãtes. Circa p
mũ agit pmo de ritu pcedẽte. ſcdo
de ipo canone ſequẽte. pmo g° uidẽ
dũ eſt de ritu pcedẽte et ritus quem
dz ſuare ſacerdos eſt iſte qr finitis
ſãctus ⁊c pmo dz reſpicere crucifixũ
vñ coĩter in antiquis libris appet
depicta ymago crucifixi et diuine
maieſtatis. Dico g° ſãctus ſcdm vſũ
cõmunẽ lz in nr̃o ordine ꝙtũ ad oſ
culũ nõ obſuet ymaginẽ crucifixi
de cuius memoria hic agit reſpicere
ſcdo oſculari. Scdo nota quãtũ ad
ordinẽ oſculãdi diuerſus ritus ſuat.
Aliq̇ enim prius oſculant pedes cruci
fixi poſtea pedes maieſtatis. in ſig
nũ ꝙ crucifixionẽ uenimus ad pedes
maieſtatis diuine aliq̇ aũt ecõuerſo
qr prius oſculant pedes maieſtatis
hac rõe qr om̃e datũ optim ⁊ om̃e
donũ pfectũ de ſurſũ eſt deſcẽdẽs a
patre luminum. Secundo debet ſe
inclinare iunctis manibus et hec
iclinatio aliquid ſignificat in xp̃o
et figurat et aliqd in ſacerdote in
xp̃o eñ ſignificat inclinationem et

oratōem quam fecit añ paſſionez:
in qua factꝰ ē ſudor eiꝰ ſicut gutte
ſāguinis decurrētis in terrā: ut di
cit Lucas. in ſacerdote aūt ſignifi
cat ꝙ dꝫ cōſiderare ſe ipm̄ origina
liter eſſe terrenū: ut ſic ſe hūiliādo
⁊ ſe ipm̄ cognoſcēdo digne accedat
ad ſacrificiū. Quarto ſm̄ aliquos
dꝫ eleuādo ſe oſculari altare: ⁊ hoc
triplici rōe. Primo ad deſignādū
rectā intētōez ſiue delectatōez. Se
cūdo ad deſignādum ſuā deuotōez
uñ ⁊ in rebꝰ īſenſibilibꝰ ſigno cru
cis facto oſculū damꝰ ob deuotiōez
Tercio ad deſignādū fidelē illuſtra
tionē qꝛ non dꝫ eſſe īfidelis. et ſic
patet que pertinent ad ritum

## De canone

S Secūdo uidēdū eſt de ipō
canone ſequēter. Circa qō
aliqua ſūt uidēda. Primo
quot modis nominanť. Et dicēdū
ꝙ nominatur quatuor nominibꝰ:
qꝛ aliqñ nominať canō ꝙ idē eſt ꝙ
regl'a: aliqñ noīatur ſecreta: aliqñ
actio: aliqño ſacrificiū. Priº dico
ꝙ dr̄ canon a canō grece ꝙ idē eſt
ꝙ regl'a latine. dr̄ gº canon ſiue re
gula. quadruplici ratōe. Priº rōe
ſignificatōis ſignificat eñ paſſionē
xp̄i: que eſt tāquam regl'a in toto
iſto officio. Scđo rōe cōpoſitōis: eſt
eñ factꝰ et cōpoſitus ex regl'is mul
toꝝ ſacroꝝ patrū. qꝛ non fuit inſti
tutus ab uno ſolo. imo plures addi
derūt: ut ſupiꝰ eſt iā viſū. uñ ex re
gulis ⁊ dictis plurimoꝝ eſt agrega
tus et ordinatꝰ ſicut moº dicitur.
Terº rōe īterp̄tatōis: qꝛ ut dictū ē
interp̄tať regl'a: eo ꝙ nos ſingl'ari
ter habꝫ regulare qꝛ ibi cōtineť ma
ior deuotio: ꝙ̄ in aliquo alio: ꝙ fi
at in eccl'ia: quare nos meliꝰ regl'aꝰ
ſolito. quādo debemꝰ celebrare vel
cōicare: qꝛ deuotiꝰ nos diſpōimꝰ et
pfectiꝰ confitemur et oramus ⁊c.
Quarto ratōe mirabilis opatōis fa
cit eñ hoc ſacr̄m mirabiles effectꝰ
in nobis q̇bꝰ nos regulāt qui effec
tꝰ ſūt. xii. vt pꝫ ī hiis v̇ſibꝰ. Inflā
met: memorat: ſuſtētat: roborat:
augꝫ: ſpē purgat: reficit: vitā dat:
atqꝫ unit: cōfirmatqꝫ fidē: minuit
fomitē: atqꝫ dimittit. ſciliꝫ pecca
ta venialia ⁊ mortalia oblita ꝙ pꝫ
ſimile: videmꝰ eñ ꝙ leuiter offenſi
mitiganť comedēdo et bibēdo ſed
g̃uiſſime offēſi ſiml' comedēdo ⁊ bi
bēdo āpliꝰ offēdunť: ita recte eſt de
xp̄o: q̇ eñ in ueniali peccato ipm̄ re
cipit remittiť ſibi virtute ſcr̄i: ſed
q̇ ī mortali ſciēter: g̃uior iniquꝰ ef
ficiť. Scđo dº ꝙ dr̄ ſecreta ad litte
rā: qꝛ ſecrete dr̄: in cuiꝰ figurā in
lege ueteri dr̄ ꝙ ſacerdos uelabant
qñ̄o ītrabāt ſācta ſāctorū: ſicut nos
modo trahimus cortinas. ne ſacer
dos orās uideať et ťbeť et ſic dꝫ fie
ri ad denotādū ſecretū maximū ad
qō ītraret. Itē ad denotādū ꝙ uer
ba que ibi dicunť ſecrete hñt ſecre
tiſſimā uirtutem hanc ſcil'ꝫ ꝙ mu
tāt ea que ſūt diſtātia in īfinitū.
vñ iter effectus diuinos iſte dr̄ mi
rabilior. ſunt eñ tercio effectus dei
mirabiles ſcꝫ creatio. trāſubſtātio
et īcarnatio: creatio qꝛ eſt de nichi
lo a deo facta ſꝫ p reſpectū ad termi
nū ad quē ſit trāſubſtātio ⁊ īcarna
tio que ad xp̄m deū terminanť et
ad hec trāſubſtātia ē mirabilior in
carnatōe quēadmoď: que in trāſub
ſtātōe. res que p̄exiſtebat ſcꝫ panis
trāſit in corpꝰ xp̄i. ⁊ nō pōt dici ꝙ
annichiletur ſicut dicūt quidam ⁊
male: quia manent ſaltem priora
accidentia et ſic patet quod uerba
iſta ſecretiſſimam uirtutem habēt
Et ideo ſecreta proprie apellantur
triplici ratione. Primo qꝛ ſecrete

pronũciãtur. ſecundo quia ꝓpter
maximũ ſecretũ ſacerdos velatur.
tercio q2 ſecretiſſime operat̃. Terº
vocat̃ actio in cuius ſignũ cõſueuit
ſic dici duꝫ erant actiones: dicitur
ergo actio triplici ratione. ꝑmo q2
tunc ſecretũ miſteriũ agitur. ſcõo
quia cõtinet̃ ibi actio et cauſa. vñ
leo papa dicit de quodã ſacerdote.
Interfuit actionib9 meis. Quali
ter aũt dicit̃ actio et cauſa: dictum
